ADDITIO (j) De iure canonico est ꝓhibitum talibus pugnātibus in duello ministrari sacramēta: maxime qui ꝓuocant: vt no. specula. de accusa. §. sequitur. v̄. quid si. Aretinus.

b ¶ Memoria. naꝫ ipse cum sit mortuus non potest dānari nisi a deo: vt ff. que sn̄ie sine appel. re. l. pe.

Sentētia pōt fieri ꝯ defunctū criminosum.

c ¶ Dānata. hoc. s. mō. ꝓnūtio ꝯtra imperiū luctū fecisse: ꝛ iō bona i fiscū inferri. nā per hoc memoria dānatur: ꝛ infamia quadā defunctus afficit̄: vt s̄. quibus ex cau. ma. nō li. §. j. ꝛ ex tēpore cōmissi delicti alienatiōes ab eo facte non valebunt: vt. C. ad. l. iul. ma.

fuerit ꝑduellionis [a] reus: ac ꝑ hoc memoria [b] eiꝰ dānata [c] fuerit: suū enim heredē habere nō potest: cū fiscus ei succedat: sed potest [d] dici ipso iure esse suuꝫ hr̄dez: sꝫ desinere [e].

l. penult. in fi. ꝛ. ff. de donatio. l. donationes. §. fi. Accursius.

ADDITIO. Ex hoc loco notari pōt ꝙ de crimine alicuius etiā post mortē querere licet. qd verū est si agit̄ ꝓpter bona: vel cōtra personaꝫ ꝛ bona: secus si cōtra personā vel de ꝑsona tm̄: qꝛ tūc nō licꝫ: cū crimina morte extinguant̄. Vide ꝓ hoc glo. not. in. c. a nobis. ij. de senten. excōmunicatio. in notula puta i heresi. ꝛc. Juriū allegationes breuitatis gratia omitto: quas illic videre poteris.

Crimīa an post mortez possint inquiri.

¶ Nepos ex filio p̄mortuo succedit simul cum alio filio viuente: quia assumit locū patris sui: ꝛ ideo succedit cum patruo et filijs patrui in stirpes ꝛ nō in capita. Aretinus.

d ¶ Potest dici. Scilicet verius.

e ¶ Desinere. s. lata sententia. Nam non facit ipso iure desinere heredem suum esse tale delictum.

¶ Cū aūt filiꝰ filiaue. Casus. ¶ Hic incipit qnta pars prime partis istius ti. in qua sic po. ca. Quidā decessit qui tēpore mortis habebat filiū in ptāte: ꝛ ex altero filio p̄mortuo nepotes. mō quero vtrū iste q gradu p̄cedit nepotes ex fratre suo a successione itestati parētis illos nepotes debeat excludere? Ad hoc rn̄. ꝙ nō. Cū enim filius filiaue: ꝛ ex altero filio p̄mortuo nepos vel neptis extiterit oēs simul ad hereditatē vocant̄: nec ille qui gradu ꝓximior est in vlteriore gradu cōstitutos a successione excludit. Equū enim est visum esse nepotes ꝛ neptes in locum patris sui p̄mortui succedere. Igitur pari rōne si qs intestatus decedēs habuerit nepotē ex filio p̄mortuo ꝓnepotē vl' ꝓneptē oēs pariter ad successionē vocāt̄ i testō p̄ris: ꝛ qꝛ i h̄ casu placuit nepotes ꝛ neptes ꝛ ꝓnepotes ꝛ proneptes in locū patris sui p̄mortui succedere: conueniens esse visuꝫ est in stirpes non in capita eos heredes esse: ꝛ

sta. vz. vt filius ex vna parte existens dimidiā hereditatis habeat: ⁊ nepotes ex altero filio siue sint duo siue sint plures alterā dimidiā consequant̄: vt sicuti pater si viueret vna cū fratre suo in vna dimidia totius intestato patri succederet. ita nepotes ex eo in locū eius succedētes ad portionē eius tātūmodo admittant̄: ⁊ idem est si ex duobus filijs p̄mortuis nepotes: vel ēt neptes existāt: ⁊ ex altero fortevnus vel duo ⁊ altero filio premortuo tres vel quatuor. nā in hoc casu sicuti in superiori ad vnū vel ad duos ex altero filio natos dimidia ps hereditatis aui intestati ptinet: ita ⁊ ad tres vel quatuor vel pl'es ex altero filio natos altera dimidia pertinebit.

a ¶ Cum filius. Ex altero filio. secus si ex filia: vt. j. eo. §. item vetustas. et j. eo. §. diui.

DDITIO. Hodie secus vt ibi no. ⁊ in. l. lege. C. de legi. here.

b ¶ Equum. vt in auc. quib. mo. na. effi. sui. §. ergo. col. ix.

c ¶ Vocant̄. Idē est ⁊ si per bonorū possessionē vocent̄: vt. ff. de ꝯtabu. l. j. §. vocant̄. (j) Sed cōtra. ff. de ꝯtab. l. iij. §. j. Sol. non est contra: qr ibi p̄cedit filius: qr patris loco est adoptat⁹ ad nepotem: vt. s̄. §. ita demum.

¶ Cum autez filius filiaue ⁊ ex altero filio [a] nepos neptisue existant: pariter ad hereditatem aui vocant̄: nec q gradu p̄ximior est vlteriorē excludit. Equū [b] eniz eē videt̄ nepotes neptesue in p̄ris sui locuz succedere. Pari ratione ⁊ si nepos neptisqz ex filio sit ⁊ ex nepote p̄nepos p̄neptisue siml' vocantur [c]. ⁊ qz placuit nepotes neptesue: itez pronepotes p̄neptesue in parētis sui locum succedere cōueniens esse visum est non in capita: sed in stirpes [d] hereditatem diuidi vt filius partem dimidiaz hereditatis habeat: ⁊ ex [e] altero filio duo pluresue nepotes alteraz dimidiam. Item si ex duobus [f] filijs nepotes neptesue existāt ex [g] altero vn⁹ [h] forte aut duo: ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat ad tres vl' ad quatuor altera dimidia.

ADDITIO (j) Et sic nepos assumit personā p̄ris nedū ab intestato: sed ēt facto testamēto qd postea impugnat̄. Qd est verū si succedit̄ ti. hereditario qr tūc iuris dispositio. que talis confideraṫ: secus si tit. fideicōmissario: qr cōsideraṫ affectio q̄ naturaliter est maior erga filios q̄ nepotes. Ange.

d ¶ In stirpes. j. ti. j. §. hoc etiā addēdū. in fi. ꝯ. Solu. vt ibi.

e ¶ Ex altero. sic. j. e. §. fi. sic. ff. de inoffi. te. papinian⁹. §. p̄uide. si ex duobus. sic. ⁊. C. de suis ⁊ leg. l. nepotes.

f ¶ Ex duob⁹ filijs: premortuis.

g ¶ Ex altero. Scilicet filio.

h ¶ Vnus. Scilicet nepos.

¶ Cū aūt. Casus. ¶ Hic incipit sexta pticula p̄rime ptis principalis in qua Justi. deter. quo tpe q̄rit̄ an aliqs existat suus h̄rs: ⁊ itelligas istū. §. loq qñ factuz est testm̄. ⁊ postea cā testamēti redacta est ad cām itestati: ⁊ ita nō obstabit. s̄. e. in. §. ita demū. nā ille §. loquit̄ qñ nullū oīno factū ē testm̄. hic igit̄ ad euidētiā istius. §. breuiter p̄libati ita po. ca. Dñe iā video q sunt h̄rdes: ⁊ qual'r sui h̄rdes succedūt siue sint in eodē gradu siue in diuersis gradib⁹ ꝯstituti. dicatis ergo mihi qñ q̄rēdū est an aliqs suus h̄rs eē possit. Ad hoc rñ. Amice cū q̄rit̄ an aliqs suus

hr̃s existere possit eo tpe q̃rẽdũ ẽ quo certũ esse ceperit eũ ĩtestatũ decessisse: ⁊ hoc cõtingere põt etiã testamento facto. qd̃ pz in tali exẽplo. Quidaz qui habebat filiũ in ptãte ⁊ ex filio nepotẽ cõdidit testm̃: ⁊ in testamẽto suo quẽdã extraneũ instituit hr̃dẽ ⁊ filiuz ꝓpriũ exheredauit: mortuo testatore añ aditã hr̃ditatẽ decessit filiꝰ exhr̃datus: mortuo filio extraneus hr̃s scriptꝰ deseruit testm̃: vl̃ forte qr̃ noluit adire hereditatez: vel morte vl̃ alia cã impeditꝰ hr̃s eẽ nõ potuit: in h̃ casu cũ certum eẽ poterit heredẽ ĩstitutũ ex testõ nõ fieri heredẽ nepos ex filio premortuo suus heres auo ab intestato existit: qr̃ qñ certũ est patrẽfa. intestatũ decessisse: ⁊ ita cã testamẽti redacta est ad causaz intestati solus nepos suus heres auo inuenit̃: ⁊ hec obtinẽt nõ solũ si iste nepos viuẽte auo natus sit sz ẽt lz post mortẽ aui sit natus viuo tñ auo cõceptus: secus eniz eẽt si post mortẽ aui cõceptus fuerit ⁊ natus. nã certe in hoc casu suus hr̃s auo existere nõ põt. ⁊ hoc iõ: qr̃ nullo iure cognationis patrẽ sui pr̃is: id est auũ suũ tetigit. Auo enim viuẽte nõdũ aĩal fuit. Et sicut ipse nepos post mortẽ aui cõceptus ⁊ natus suus heres auo eẽ non põt: ita nec ille inter liberos cõnumeratur quẽ filius emãcipatus post emãcipationẽ adoptauerit. Uñ cuz hi. vz. nepotes nati post mortem aui: a filio emãcipato post emãcipationẽ adoptati non sint sui liberi quantum ad hereditatẽ de iure ciuili neqz bonorũ possessionem: de iure pretorio possunt quasi proximi cognati. Et hec de suis heredibus dicta sufficiant.

¶ Condito testamẽto quod postea destituitur ille dicit̃ propinquior qui tẽpore destituti testamẽti est proximior etiam si nascat̃ post mortẽ illius de cuiꝰ hereditate agitur: dũmõ fuerit ꝯceptꝰ in vita eius. Areti.

¶ Cum autẽ [a] querit̃ an quis suus heres existere potest: eo tpe querẽduz est quo certuz [b] est aliquẽ sine [c] testamento decessisse: qd̃ accidit [d] ex testamẽto destituto. Hac rõne si filius exheredatꝰ fuerit: ⁊ extraneus heres ĩstitutꝰ est ⁊ filio mortuo [e] postea certũ fuerit heredẽ institutũ ex testõ nõ fieri heredẽ: aut qr̃ noluit eẽ heres: aut qr̃ non potuit [f]: nepos auo suus heres existet: qr̃ quo tpe certũ ẽ ĩtestatũ decessisse patrẽfamilias solus [g] ĩuenitur nepos: ⁊ h̃ certũ hẽ. Et lz post mortẽ aut natꝰ sit tñ auo viuo cõceptus: mortuo [i] pr̃e eiꝰ posteaqz deserto [k] aui testõ: suꝰ

a ¶ Cũ aũt. Eo diligẽter notato q̃ sũt sui hr̃des nũc nota quo tpe querendũ est qui suus heres sit.

b ¶ Certuz est. s̃. e. §. ita demũ. ꝯ So. vt ibi dixi.

c ¶ Sine testamẽto. Qd̃ cõtingit. vij. modis: vt. s̃. eodem. in princi. diximus.

d ¶ Quod accidit. s. vt videat̃ quis sine testamento decessisse.

e ¶ Filio mortuo. Scilz exhr̃dato.

f ¶ Non potuit. morte preuentus: vt s̃. eo. §. ita demum.

g ¶ Solus. Scilicet suus heres.

h ¶ Certum est. Scilicet nepotẽ suũ heredem esse: cuz nullus precedat eũ: vt supra eodem. §. j.

i ¶ Mortuo. anteq̃z adeat̃ ex testamẽto hereditas. Uñ cõstat nõ trãsmittit ad filiũ de inofficioso querelã: imo etiã addita nõ trãsmittebat̃ olim: sed hodie cõtra: vt. C. de inoffi. testa. l. scimus. §. fi. ⁊. l. si quis filium. ibidem.

k ¶ Desto. s. ab here. q̃ nõ vult adire.

Querela ĩofficiosi an possit ad heredẽ trãsmitti.

¶ Tetigit. Nec enim fuit primus cognatus ei. s. auo viuo: quo viuo nondum animal erat: vt. ff. vſi cog. l. j. §. ſi quis primus. Sz nunqd hodie p auē. ſuccedit: vt in auē. de here. que ab inteſta. §. j. col. ij. p. dicit q̄ ſic: q̄ natura lis cā tm̄ ſpectatur. Joā. cōtra: q̄ nec de iure p̄torio quo caſu naturalis inſpiciebat: vt ſequit: vt. j. e. §. emācipati. z. ff. d ſuis z leg. l. tyti⁹. z. l. penul.

ADDITIO.

Et hec eſt cōmunis opin. vt per Joānē fab. z p Zing.

b ¶ Vt aūt. ſcilicet ꝯcepti z nati poſt mortē aui.

c ¶ Quaſi p̄rorimi cognati. i. tanq̄ agnati. nā agnati ſūt primiores q̄ cognati: nunqd ergo tertio ordine inter cognatos vocant: Rſi. Mo. q̄ ſic: vt. ff. e. l. j. in fi. Jo. ſ. q̄ ibi de cōceptis p̄us natis poſtea loquit. ſecus ſi poſtea cōcipiunt z naſcūtur: vt hic. (j) z. ff. de iniuſto ru. teſta. ſi qs filio. §. no fuiſſe.

ADDITIO(j)

Et hoc cōiter tenet q̄ hodie, ꝯcedit q̄ſi filius fuit rite z iuſte exhēdat⁹ nec ſecuta aditio. iurta glo. ſingula. in. §. exhēdatos. in auē. de hered. z fal. al's virtute trāſmiſſionis bñ admittit: vt per Jo. fa. z Zing.

¶ Emancipati aūt. Lelius. ¶ hic incipit ſcda pſ p̄nc. in q̄ Ju. ſic ꝯcedit. primo deter. qual'r liberi emācipati a bñficio ſucceſſionis de iu. ci. excluſi de iure tñ p̄to. admittunt̄ ſiue ſint ſoli ſiue cū ſuis hēdib⁹ ocurrāt: z itelligas totā hāc lām vſq; ad. §. Eadē hec obſeruant̄ log in ſucceſſiōe ab inteſtato qñ nullū oīno factū eſt tñi. Sed do deter. Juſt. de filijs emācipatis a p̄e natura. z in adoptionē patis: qui neq; de iu. ci. neq; de iu. p̄to. ad ſucceſſionē parētis iteſtati de iure antiquo admittebantur ſi tpe mortis p̄is nālis fuerit i familia p̄is adoptiui.

Tertio oīa q̄ dicta ſunt de liberis emācipatis ſiue i adopti onem datis ſiue nō. qñ nullū penitus factuz erat teſtm̄ dicit eē obſeruāda in bo. poſſ. ꝯ tabulas q̄ liberis p̄teritis dāt. Quarto corrigit antigta hereditatem liberi: neq; bonorum poſſeſſionē: petere poſſunt quaſi p̄rorimi cognati c. hec de ſuis heredibus.

¶ Emācipatus de iure ciuili cognitus ad ſucceſſionez parentis nō venit p̄toris: tñ bñficio p̄ bonoruz poſſeſſionem vnde liberi peritide admittetur ac ſi in eius poteſtate mā

rigit antigtatem. Quaruz prima durat vſq; ad. §. Eadē h ob. ibi tertia. z du. vſq; ad. §. admonendi. ibi quarta. z du. vſq; ad illū. §. item vetuſtas. ibi quinta. z du. vſq; in fi. ti. z ſic plana eſt litera. ca. planiſſimi ſunt. Sed tñ no. q̄ rſi. generalis eſt ad omnes Rſi. que ſequunt. vſq; ad tl. de bo. poſ. vſi z in iſto tl. p̄m q̄ p̄t cōprehēdere oēs Rſi. ſequēs vſq; ad p̄dictum locū deſ. de oībus illis q̄ p̄nt ſuccedere ab inteſtato ſeu ſint liberi ſeu parentes: ſeu alij: z ſic conuenienter comprehendūtur in illo oēs Rſi. vſq; ad predictum locū ſequētes: z ſolus iſte ti. poſſet ſufficere p oībus: z p̄m hoc poſſet diuidi in quatu. pa. Jn quarū prima pte deſ. de ſucceſſione ſuoz hēdū z eoz̄ quos p̄tor cōſtitutiones inter ſuos heredes

cõnumerat cuiuscũq; gradus sint. Iu scd'a deter. de suc. legitimorũ heredũ ꝛ eorũ quos ꝓtor ꝛ cõstitutiones sena tusco. inter legitimos heredes cõnumerãt. In tertia pte determiat de successione ꝓximorũ cognatorũ. In quarta determinaꝫ succesio seruorũ libertatẽ adeptorũ qui vocantꝫ ad successionẽ rõne cognationis in statu seruili contracte. Prima istaꝝ quatuor partium incipit. Intestat⁹ ꝛc. ꝛ durat vsq; ad illũ locũ. Si nemo. ibi incipit scd'a ꝛ durat vsq; ad illũ locũ. post suos heredes. ibi tertia: et durat vsq; ad illuꝫ locuꝫ. Illud certũ est. ibi quarta ꝛ vltima et durat vsq; ad titu. de bo. possess. Ꝗuis ⁊ aliꝫ

interseratur ibidez. ꝛ sic plana erit tota litera istius titu. generalis: sed plures alie rubricelle continẽtur sub isto generali titu. ideo eas si velis legere per se ꝛ continuare poteris in hũc modum. ꝛ primo primam sic.

a ℂ Emancipati. Quia bona ratio: vt. ff. de here. quali. ꝛ dif. §. sui. ꝛ. ff. eo. §. j. ibi. sui autem ꝛc.

b ℂ Neq; volo alio iure. scz neq; vt

Asser Aretinus.

ℂ Emãcipati autẽ liberi iure ciuili nihil iuris hñt: neq; eniꝫ sui hẽdes sunt qz ā ĩ ptãte desierũt parẽtis eẽ: neq; vllo alio iure ᵇ p. l. ry. tabu. vocãtur. Sz ꝓ tor naturali equitate motus dat eis bonorũ possessionẽ vñ liberi pinde ac si in ptãte parentis tpe mortis fuissent: siue soli sint ᶜ: siue cum suis heredibus ᵈ cõ currãt. Itaq; duobus liberis extrãnib⁹ emãtipato vno ꝛ eo q tpe mortis in potestate fuerit sane q dẽ is q in ptãte fuerit solus iure ciuili hẽs est ꝛ solus suus hẽs: sz cũ emãcipat⁹

bñficio ꝓtoris ĩ partez admittitur: euenit vt suus hẽs ꝓ ᵉ parte heres fiat.

ℂ Filius emancipatus ꝛ postea arrogat⁹ ab alio nõ pót venire etiaꝫ de iure pretorio ad hereditatem patris naturalis nisi ante mortem suã fuerit emãcipatus ab arrogatore. Si ꝙ emanciparet post mortem naturalis ꝑis haberetur vt extraneus quo ab hereditatez vtriusq; Aretinus.

ℂ At hi ꝗui emancipati a parente in adoptionez ᵍ se dederunt: non admittuntur ʰ ad bona naturalis ꝑisquasi liberi: si modo

patroni: neq; vt agnati quos vocat lex xij. tab. vt. j. titu. j. in princ. ꝛ j. de suc. lsb. in prin. aliud ecõtra: vt. j. tit. j. §. fi.

c ℂ Soli sint. Scilicet emancipati.

d ℂ Cum suis heredibus. scilicet cũ aliis qui remãserunt in potestate.

e ℂ Pro pte. s. dimidia: vt. ff. de verbo. sig. nomẽ filiarũ. §. pottonis.

f ℂ At hi. s. vocantꝫ emãcipati: sz nõ oẽs. ꝛ ᵇ segt. at hi. ꝛc.

g ℂ Adoptionẽ. id est arrogationẽ.

h ℂ Nõ admittunt. ff. d cõtratabu. l. ij. §. si quis si lio. ℨ Solu. ibi nõ valuit adoptio ꝑm Joã. sed hic valuit. Ut⁹ dstigue an detur eẽneo: vt hic. an detur in adoptionẽ nepos ex filio emãcipato patri eiusdẽ: vt ibi ardgn. ℨ. de adoptio. §. sz hodie. Itez. C. de adop. l. pe. §. sz siquidez. (ℨ) q̃ est ℨ. So. illã intelligert. j. e. §. admonẽdi.

ADDITIO Dic q̃ ista differentia est ꝑm ius antiquũ: qz ꝫ ius nouũ debet dici cõtra: qz qñ datꝫ ascẽdẽti nõ admittit ad successionẽ patris naturalis qñ extraneo sic: vt. ℨ. de adop. §. sed hodie. ꝑm Joãnẽ fabri. Sz tu dic melius ꝑm Joãnẽ de pla. q̃ hic loquit de arrogatione.

arrogatiõe. ibi ꝺ adoptiõe. Ange. h.
a ¶ Cũ is. scilicet pater naturalis.
b ¶ Viuo eo. Scilicet patri nãli.
c ¶ Ab ipso. Scilicet patre nãli.
d ¶ Fuissent. vt. s̃. de exhere. libe. §. emãcipatos.
e ¶ Extraneoꝝ. Si ãt morte p̃ris adoptiui facti essent iuris sui durat agnationis ius iter eos. i. inter adoptiuũ ⁊ naturalez filium adoptantis non emancipatũ: vt sibi succedat. vt ff. ꝺ gra. co. filium naturalez. ⁊. ff. vñ cog. l. j. §. cognationis. ⁊ de adoptio. l. ãtepe. M. Itẽ ⁊ ipsi adoptiuo patri succedũt vt. j. eo. §. sz ea. al's ẽ. §. aliquam.
f ¶ Adoptiui. post emãcipationem nõ p̃rius. vt s̃. e. §. nec interest.
g ¶ Ei⁹. s. naturalis patris.
h ¶ Ad agnatos. Nã si non emancipat certuz est ꝙ filij non succedunt naturali patri. ⁊ ita agnati succedunt. vt. s̃. proxi. ⁊. ff. vnde lib. l. prima. Si autem emanciparet succederent filij. vt. s̃. p̃xi. §. ⁊ sic i ei⁹ ptãte esset ad quẽ bona naturalis patris ptinerent: qꝺ ẽ absurdũ ⁊ ꝯ regulã iuris vt h. ⁊. ff. ꝺ he. isti. l. illa istitutio.

cum is[a] moreretur i adoptiua familia sint: nam viuo[b] eo emãcipati ab adoptiuo patre ꝑinde admittunt ad bona naturalis patris ac si emãcipati ab ipso[c] essent: nec vnq̃z in adoptiua familia fuissent[d]: ⁊ cõueniẽter qꝺ ad adoptiuũ patrez pertinet extraneoꝝ loco esse ĩcipiunt. Post mortez v̄o naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: ⁊ quãtũ ad hũc adoptiuum patrem ꝑtinet eque extraneorum[e] loco fiunt: ⁊ quãtũ ad naturalis patris bona pertinet: nihilomagis liberoꝝ gradũ nãciscuntur. ¶ Quod ideo placuit sic: qꝛ iniquuz erat esse in potestate p̃ris adoptiui[f] ad quos bona naturalis patris pertineant vtrum ad liberos eius[g] an ad agnatos[h].

¶ Filius legitim⁹ ⁊ naturalis emancipatus vocatur ad bona patris nãlis bñficio p̃toris. Sed fili⁹ adoptiuus emãcipat⁹ nullo mõ põt admitti ad bõa patris adoptiui. Are.

¶ Minus[i] ergo iuris hñt adoptiui filij q̃z nãles. Nãq̃z naturales[k] emancipati bñficio p̃toris gradum liberorum retinẽt: lz iure ciuili perdant. Adoptiui v̄o emãcipati[l] ⁊ iure ciuili perdunt gradum liberoꝝ ⁊ a pretore non adiuuant[m]: ⁊ recte. Naturalia enim iura ciuilis ratio[n]: perimere nõ põt[o] nec qꝛ desinũt sui heredes eẽ: possunt de-

ADDITIO. Item qꝛ tunc videtur auferre ius q̃sitũ agnatis: qꝺ ẽ inconueniens. Et ex his nota ꝙ neq̃z ex testõ neque ab intestato potest eẽ volũtas captatoria. Angelus aretin⁹.
i ¶ Minus ergo iuris. Quia naturales emancipati iur̃ p̃torio vocantur: sed adoptiui emancipati nõ. vt s̃. p̃xi. §. ergo ⁊c.
k ¶ Naturales. ⁊ legitimi.
l ¶ Emãcipati. ab adoptiuo p̃re.
m ¶ Non adiuuãtur. Nisi sint de suis: qꝛ auus adoptauit nepotem in filium ⁊ postea emancipauit. vt. ff. ad t̃tul. l. ij. §. adoptiui.
n ¶ Ciuilis ratio. Id est emancipatio que de iure ciuili est: vt. ff. de regulis iuris. actus.
o ¶ Non potest sic. s̃. de legi. ag. tu.

§. si. sic. ff. de regu. iuris. nihil tam.

a ¶ Emãcipati. ab adoptiuo pre: ⁊ post mortẽ nãlis: vt. s̃. §. post mortez.

b ¶ Incipiunt esse. Nota ꝙ si emancipet filius vel filia vel deinceps non sunt sui heredes: nõ tñ desinunt esse filij vel filie.

c ¶ Eadẽ. Que obseruant in bonoꝝ pos. vñ liberi ⁊ i cõtratabulas bonoꝝ pos. seruantur.

d ¶ Institut. Dis. n. institutis nõ dat hec bonoꝝ possessio nisi p̃teritus rumpat testm̃. ⁊ huic scz instituto viam aperiat. ⁊ hoc est qd dr̃ nisi p̃teritus committat edictũ: vt. ff. de contratab. l. iij. §. siqs ex liberis: si ãt preterit⁹ nolit vti postq̃ semel agnouit. † istitutus hz ꝯtabu. iure suo ⁊ bz tabulas qd ẽ mirabile nec expectat p̃teritũ. vt. ff. de ꝯta. l. si post mortez. §. si. ⁊ de le. prestã. l. nõnunq̃. Accursi⁹.

Preterit⁹ qñq; committit edictũ.

† Immo idẽ est ẽt si repudiat vt ẽ casus i l. nõnũq̃. ff. d leg. prestã. Angelus.

Mr̃is preteritio habet pro

sinere filij filieue: aut nepotes neptesue eẽ. Adoptiui v̄o emancipati⁹ extraneoꝝ loco incipiũt esse b: qz ius nomẽq; filij filieue quod per adoptionem cõsecuti sunt: alia ciuili rõne: id est emancipatione perdunt.

¶ Filius legitim⁹ ⁊ naturalis in ptãte vel emancipat⁹ bẽt cõtratabulas de iure p̃torio si sit p̃teritus: nisi fuerit i adoptiua familia tunc tpis: adoptiuus v̄o secus. Angelus.

ADDITIO. Quod facit ad q̃onez ex cõtẽptu alicuius qui debuit in electione adhiberi: etiã ipso nolente ceteri q̃ iter fuerũt possint eã dicere nullã. Dic vt i capl'o ꝙ sicut: ex̃ de electionibus: ⁊ per Joannem fabri hic.

e ¶ Ut oportet. Scilicet masculi nominatim: femine inter ceteros: vt supra de exhere. libe. §. j.

f ¶ Exheredatis. Cum ergo matris preteritio pro exheredatione habeatur. vt supra d exhere. libe. §. vltimo. cessat ibi contratabu. bono. pos. vt. ff. de contratabu. illud. §. ad testã.

exhere datiõe.

ADDITIO. Et est ratio: quia etiã remoto emãcipationis obstaculo (id quod principaliter intẽdit) non eẽt suus semie: cum eos in potestate nõ habeat: vt ibi Angel.

¶ Eadẽ hec obseruant ⁊ in ea bonoꝝ possessione quã contratabulas testamẽti parẽtis liberis p̃teritis: id est nec heredibus institutis d neq; (vt oportet e) exheredatis f p̃tor pollicetur. Naz eos quidẽ qui in ptãtes mortis tpe fuerint: ⁊ emancipatos vocat pretor ad eãdẽ bonoꝝ possessionẽ: eos v̄o qui in adoptiua familia fuerit per hoc tẽpus quo nãlis parens moreretur repellit. h Itẽ

g ¶ In potestate. Emancipatis committentib⁹ edictũ: non al's bm Marc. vt. ff. de contratabul. l. iij. §. si quis ex liberis. Sed Joann. contra. naz nullum dicere possunt: ⁊ contratabu. suo iur̃ habent. (j) vt. ff. de lega. pre. l. si duo. ⁊. C. de lib. pre. maximũ. Accur.

ADDITIO (j). Dic vt. l. is qui in potestate. ff. de lega. prestan. nam vt hic est tex. clarus lz pro emancipatis pretor adinuenerit bonorum posses. quia erat eis necessaria: non tamẽ voluit eam denegare suis: immo cõcessit in casu quo voluit: vt dictis iuribus: quia vocantur ad contratabul. non vocantur de iure ciuili: vt. l. prima. §. vocantur. ff. de contrata. Ang.

h ¶ Repellit. Scilicet p̃tor: nisi sint instituti: ⁊ eis committatur edictuz: vt. ff. de contratabul. nõ putauit. §. in adoptione. ⁊. §. vt autem. Item contra. ff. de contratabu. l. iij. §. siquis filio. Soluit vt supra. e. §. at hi. Accur.

adoptiuos liberos: emãcipatos ab adoptiuo pr̃e sicut ab ĩtestato: ita lõge minus contratabulas testamenti ad bona eius non admittit: quia desinunt in numero liberoꝝ esse.

¶ Lz filius emancipatus adoptatus nõ possit venire ad bona patris naturalis: per vnde liberi: vel vnde agnati: venit tamen per vnde cognati. Hoc dicit Angelus aretinus.

¶ Admonẽdi [e] tamẽ sumus eos qui in adoptiua familia sunt: que post mortez naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint intestato parẽte nãli mortuo: lz ea parte edicti qua liberi ad bonoꝝ [b] possessionem vocant̃: nõ admittant̃: alia tamen parte vocari. i. qua cognati defuncti vocant̃. Ex q̃ parte ita admittũtur: si neqz sui heredes liberi emancipati [c] obstent: neqz agnatus qdẽ vllus ĩterueniat. Añ eniz p̃tor liberos vocat tã suos heredes q̃z emãcipatos: deinde legitimos [d] heredes: deinde proximos [e] cognatos.

¶ Adoptat' ab extraneo: hodie non transit in potestatẽ suam: ⁊ ideo nec q̃relam habet: neqz cõtratabulas: lz ab intestato succedat: sed quo ad patrem naturalez vetera iura seruãtur nisi fuerit adoptat' ab ascẽdente naturali. hoc dicit Aretinus.

¶ Sed ea oĩa [f] qdez antiquitati placuerũt. Aliquã [g] aũt emendationez a nostra ꝯstitutione [h] acceperũt: quã super his personis cõposuimus que a pr̃ib' suis naturalibus [i] ĩ adoptionez alijs dãtur. Inuenim' etenim nõnullos [k] casus in quibus filij ⁊ naturalium parentuz successionẽ propter adoptionez amittebãt: ⁊ adoptione facile per emãcipatione solutaz [l] ad neutrius [m] pr̃is successionẽ vocabant̃ [n]: dam correximus: quedam retinuimus.

a ¶ Admonendi tamẽ. Lz hos duos q sequũtur non admiserim de iure ciuili: vt supra eodez. §. at hi. tamen admonendi sum'. i. admonemus ⁊c̃.

b ¶ Ad bonorum possessionez: scilicet vnde liberi.

c ¶ Emancipati. Qui sunt sui p̃ p̃torem. vt supra eodem. §. emancipati.

d ¶ Legitimos. Id ẽ agnatos. vt infra titulo primo. primo respon.

e ¶ Proximos. Sic. ff. si ta. te. l. prima. sic. ff. qs or. in bonorum possessione seruetur. l. j.

f ¶ Sed ea omnia. Que supra eodez §. at hi. dicta sunt. ⁊ supra proximo. §.

g ¶ Aliquam. quasi dicat que-

h ¶ Cõstitutione. Ut C. de adoptio. l. penultima.

i ¶ Naturalibus: ⁊ legitimis. Accursius.

k ¶ Non nullos. Id est aliquos. Accursius.

l ¶ Soluta. Scilicet post mortẽ: secus si ante. vt supra eodem. §. at hi. Accursi.

m ¶ Ad neutrius. Ut supra eodez §. at hi. Accursius.

n ¶ Vocabantur. Hoc idem videtur etiaz cõtingere hodie in casu quem habemus ĩfra eodem. §. nostra autem. C. de adoptio. lege penultima. §. sed hoc. Sz dic q̃ auus adoptans tenetur ei relinquere q̃rtam: vt filio arrogato. vt Adoptans

aū⁹ ḡrā relīq̄t ado ptato.

infra eodem. §. nostra. ibi: quemadmodum ⁊c.

ADDITIO. Sed hāc reprobat gl. in d. l. pe. q: vbi destituit of remedio sibi iputet: qse emācipare pmisit.

a ℂ Constitutionē. Scilicet pdictā.

b ℂ Permansisset. Nunquid ergo nō pmāsit: respon. imo permanfit. vt. §. de adop. §. sed hodie. Sed hoc dicit referēdo se ad factum. q. d. ac si de iure ⁊ de facto in eius familia permāsisset.

c ℂ Tātūmodo. Nūquid eum in ius vocabit sine venia: Itez nunqd alimēta tali filio dare teneā: Respō. non: per hāc literā. vt. §. de adopt. §. sed hodie. † Opīo nē istī⁹ gl. §. p. approbat Ange. hḡ ad primā qōnē distincte. Jz Jo. sab. vi. P. dic̄ ꝓtra.

d ℂ Ab intestato. Jd ē fimil' cū alīs naturalib⁹: vt. C. de suis. ⁊ legi. si te. nō tamē succedit alīs consanguineis sui patris adoptiui: vt. C. de adopti. l. penul. §. sed si quidem. in fine. Accursius.

ADDITIO. Hoc verū de iure nouo: secus de iure antiquo: vt. ff. de adoptti. l. qui in adoptio.

e ℂ Ab eo. Scilicet adoptiuo pīe.

f ℂ Neqz iure ciuili. Quia non est in potestate sua.

g ℂ Neqz ꝓtorio. Qz nō ē emācipat⁹ ab eo. vt. §. d' exhe. lib. i pri. ⁊. §. emāct patos. ⁊. §. fi.

h ℂ Inofficiosi. Supra de inoffi. testa. §. taz autem. contra. Solu. illa i. telligitur ḥz distōnez b⁹ §. vt ibi dī.

i ℂ Sabiniano se. cō. Q⁹ si hēm⁹ ſz dicebat q tres inuenes arrogāti deferebant: vt vnū eligeret quo casu magna erat hec solēnitas: vñ er ꝓstōne dī ut pq̄ ḡrtā ei dabat arrogator: qō hodie ñ ē i vsu: imo idē b casu. vt ⁊ alīs. vt h. ⁊. C. de adop. l. pe. §. quod autez.

k ℂ Ad eū⁹ Scilz ḡrte.

l ℂ Lōstōe vt. C. d' adop. l. pe. §. si ꝓpater.

m ℂ Parens. Hoc in īfinitū accipe. vt. ff. de gra. l. turiscōsult⁹. §. parētes.

n ℂ Seruauimus. Vt siue loco filij habeat siue nepotis adopteī: ac si vere nālis eēt. s. filio pcedēte nepotē. vt C. de adopti. l. penul. §. que ait i filio.

o ℂ Quemadmodum. Quasi dicat deatur ſtaī cū P. Itē q̄ ad se cūdam ntīm opa reī ipsi pīi adoptiuo. ar. l. in reb⁹. §. pfit. ff. omo. vt nisi paē nālis egeret: ⁊ adopta t⁹ si habeat vñ se alere possit. ar. l. pe nult. ff. de libe. agno.

sic trāsit vt i hoc casu q sequitur.

a ¶ Itē vetustas. Correximus ius antiquū circa liberos p̄mi grad⁹ naturales siue adoptiuos: nūc circa vl teriores.

b ¶ Solos nepotes. In hoc male.

c ¶ Aspo nebat. In h̄ bene.

d ¶ Vocabat. Scz vetustas nō ci uil' iuris auctoritas. vt s̄. sed p̄torij. vt. j. tit. j. §. sed quia.

e ¶ Mat̄ni. Scilz moriente masculo: de cuius bōis agitur. vt. j. §. p ximo.

f ¶ Mat̄ne. Scz moriente femina. vt. j. proximo. §. Accursius.

g ¶ Diui āt principes. Vt. C. d suis z legi. si defunct⁹. z. C. de colla. l. illam.

h ¶ Donauerunt. Scilicet p̄ncipes: sed non idem cōmodum: vt sequitur.

liter z sigillatim ex prefate ꝯstitutiōis tenore p̄nt colligi.

¶ Oliz nepos ex filia vel pronepos ex nepte vocabant ad hereditatem demū post agnatos: sz ex aliqbus constōnib⁹ vocabātur cū diminutione tertie partis simul cum alijs descēdentibus: quā partē etiā mīuebāt agnati trāsuersales. Hodie v̄o est sec⁹. Et isti tales descendentes succedūt in stirpes non in capita. Hoc dicit vsqz i finem. Aretinus.

¶ Item [a] vetustas ex masculis ꝓgenitos plus diligēs: solos [b] nepotes vel neptes: qui queue ex virili sexu descēdūt ad suorum vocabat successionem: z iuri agnatoꝝ eos ātepo nebat [c]. Nepotes āt qui ex filiabus nati sunt: z pronepotes ex neptibus cognatoꝝ loco connumerans: post agnatoꝝ lineā eos vocabat [d] tam in aui vel ꝓaui materni [e]: q̄z in aui vl' proauie siue p̄ne siue materne [f] successionē. Diui autem [g] p̄ncipes non passi sunt talem cōra naturā iniuriā: sine cōpetenti emē datiōe relinquere. Sed cum nepotis z pronepotis: nomen cōmūe est vtrisqz: qui taz ex masculis q̄z ex feminis d̄scēdunt: ideo eūdē gradū z ordinē successionis eis donauerūt [h]. Sed vt aliqd amplius sit eis: qui nō solū nature: sed etiaz veteris iuris [i] suffragijs mīuunt [k] portionē nepotū vl' neptū vel deinceps (de qbus supra diximus l) paulo [m] minuēdā esse existimauerūt [n]: vt min⁹ tertia parte acciperēt q̄z mater eoꝝ vel auia fuerat acceptura: vl' pater eoꝝ: vl' auus paternus: siue matern⁹: quādo femīa mortua sit [o] de cuius hēditate agi-

i ¶ Veteris iuris. Id est legis duodecim tabularum.

k ¶ Muniuntur. Nota duas rationes vincere vnam. vt. s̄. de adopt. §. sed hodie. i fine. §.

l ¶ Diximus. Scilicet nll'o mōnisi in tertio ordine succederet. vt supra proxi. §.

m ¶ Paulo. Nota parum de tertia parte totius rei dicit sic in auc. de exhi. z iterro. reis. §. sācimus.

ADDItio. Quod facit ad ml'ta dic q̄ h̄ relinquitur arbitrio iudicis. l. illa tamen adiectio. ff. d verbo. signifi. z. l. cū furti. ff. de in lite iuran.

n ¶ Existimauerunt. Scilicet p̄ncipes.

o ¶ Mortua sit. Nota duos casus. Si enim moritur femina nepotes vel neptes ex masculis:

Rō duplex vnaz vincit.

vel feminis in nihiluz olim: nisi post agnatos: hodie cū diminutiōe succedūt ētie partis. Si moritur masculꝰ nepotes ex filia tm̄ vocētur cuz diminutione tertie partis. vt hic dicit.

a ¶ Hisqz. Scilicet qui descēdūt ex femineo sexu

b ¶ Vocat Ut supra. e. §. cuz filius. Accursius.

c ¶ Partis tertie diminutiōe. Qd de hac diminutione tertie dicit corrigitur p sequentē. §. sz Mar. sed nō sm. B. diximus sequentem. §. loqui in quadam alia parte q̄ debebat agnatis. s. q̄rta: nō autez d hac tertia sed per auc. dicimus de hac ētia correctū. s. vt eq̄lit hodie vēiant: vt i auc. de trien. z semis. §. neqz illo. col. iij. Accursius.

tur hisqz [a] (lz soli sint) adeūtibꝰ agnatos minime vocabant. Et quēadmodū lex duodeciz tabulaꝝ filio mortuo nepotes vl' neptes: ꝓnepotes vel ꝓneptes in locum p̄ris sui ad successionem aui sui vocat [b]: ita z principalis dispositio in locuz matris sue vel auie: eos cū iam designata partis tertie [c] diminutione vocat. Sed nos cū adhuc dubitatio manebat iter agnatos z memoratos nepotes quartam partē substātie defuncti: agnatis sibi vendicātibus ex cuiusdā ꝯstitutionis [d] auctoritate memoratā qdem constitutionē a nostro codice segregauimꝰ: neqz inseri eā ex theodosiano codice i eo cōcessimꝰ. Nostra autez cōstitutione [e] promulgata toti iuri eius derogatū est z sancimus (talibus nepotibꝰ ex filia: vl' ꝓnepotibus ex nepte: z deinceps supstitibus) agnatos nullā partē mortui successionis sibi vēdicare: ne hi qui extrāsuersa flinea veniūt: potiores his [g] habeātur qui recto iure descendunt. Quā ꝯstitutionem nostrā obtinere sm sui vigorē z tpa [h]: z nūc sancimus. Ita tm̄ [i] vt quēadmodū inter filios z nepotes ex filio antiqtas statuit [k] nō in capita: sed in stirpes diuidi hereditatē: silr nos iter filios z nepotes ex filia fieri distributionē iubemus: vel iter oēs nepotes vel neptes: z inter pronepotes z ꝓneptes: z alias d̄inceps ꝑsonas: vt vtraqz ꝓgenies matris vl' patris: auie vel aui portionē sine vlla diminutione [l] consequatur: vt si forte vnus vel duo ex vna parte ex altera tres aut quatuor extēt: vnꝰ aut duo dimidiam: alteri tres aut qua-

d ¶ Cōstitutōis. Quā nō habemꝰ: vt sequitur.

e ¶ Constitutione. Ut C. de suis z legiti. l. fina.

f ¶ Transuersa linea. Sic i auctē. de nō eligē. §. cū igitur. circa finem. collatiōe. j.

g ¶ His. scilicet nepotibus z pronepotibꝰ ex filia.

h ¶ Et tēpora. Ut in futuris casibus tm̄ valent. vt. C. d suis z legitimis. l. vltia. Accursiꝰ florentiuus.

i ¶ Ita tamen vt quēadmodum. Hoc quod sequitur est referenduz. s̄. ad. §. diui. n̄ ad ꝓximū.

k ¶ Antiquitas statuit. Supra eodem. §. cum filius.

l ¶ Diminutiōe. Scilicet quarte que debebatur agnatis: non tertie q̄ debebat patruis: vt. s̄. ꝓxi. §. diximꝰ.

a ¶ Habeant. Immo in capita videtur diuidi. vt ifra titulo primo. §. hoc etiam addenduz. in fine. §. Sed ibi de collateralibus hic de descendentibus sequitur.

ADDitio.

Nota q̄ non tm̄ nepotes: sed pronepotes succedūt in stirpes: ꝛ veniunt per representationez cuius contrarium videtur dici in aucten. de succes. ab itesta. §. huiusmodi. Angelus areti.

De legitima agnatorū successiōe. ¶ Supra titulo p̄ximo dictuz est qualiter succedāt sui heredes siue liberi. Uerum quia post suos vocantur prius agnati q̄z cognati: vt infra eodem. §. finali. ꝛ. l. j. §. post suos. ff. de suis: ꝛ legi. ideo post titu. precedē. posuit istum. Aretinus.

Continuatio

Diuisio

SI nemo. ¶ Totus iste titulus diuiditur in septē partes. Prio quando admittitur agnatus. Secundo quis est agnat⁹. Tertio vsqz ad quotum graduz agnati veniūt. ꝛ vsqz ad quotas personas feminas deuoluantur: tā de iure vetustissimo ꝛ de iure pretoris q̄z etiam media iuris prudentia. xij. tabu. ꝛ tempore Justiniani. Quarto q̄ generi agnatorum imperator addidit vnū cognatum. Quinto q̄. l. xij. tabula. proxim⁹ agnatus vocatur: ꝛ quis dicatur proximus. Sexto q̄ ex lege. xij. tabularū proximo repudiante sequens nō admittebatur: hodie ꝟo sic. Septimo q̄ filij emancipati hereditas est legitima patri. Secunda ibi (Sunt autē.) Tertia ibi (Ceteruz.) Quarta ibi (hoc etiaz addenduz.) Quinta ibi (Si plures sint.) Sexta ibi (Placebat.) Septima ibi (Ad legitimaz.)

tuor: alteram dimidiā hr̄ditatis hēant[a].

¶ De legitīa agnatorum successione.

¶ Deficiētib⁹ suis hereditas deuoluit ad agnatos ex lege duodeciz tabulaꝝ. Angelus aretinus.

SI nēo[b] su⁹[c] heres vel eorum quos īter suos heredes p̄tor[d] vel cōstitutiones[e] vocāt existat[f] ꝛ qui successionez[g] quoquo modo[h] amplectitur: tunc ex lege duodecim tabulaꝝ ad agnatū[i] p̄rimū[k] ptinet hr̄ditaz.

¶ Agnati sunt illi q̄ ex linea masculīa descēdūt: vl' etiā ex adoptiōe dūmodo sint in priori gradu. Angelus aretinus.

¶ Sunt autē agnati[l] (vt prīo quoqz libro[m] tradidimus) cognati per virilis sexuz p̄sonaz cognatione[n] ꝯiuncti quasi a patre cognati.

b ¶ Si nemo. Etiam vnus. vt. ff. de testa. tu. si nemo.

c ¶ Suus. Supra titu. primo. §. j. Accursius.

d ¶ Pretor. Supra titulo p̄mo §. emācipati

e ¶ Constitutiones. Supra titulo primo. §. quib⁹ cōnumerari. ꝛ. §. diui.

f ¶ Existat. Dico ꝛ amplectitur: naz hec duo necessaria sunt.

g ¶ Successionem. defuncti.

h ¶ Quoquo modo. Scilicet ciuili. vel pretorio iure.

i ¶ Agnatum. Capite non minutuz: vt. ff. eodem. vt capitis.

k ¶ Proximus. Id est qui proximior est defuncto. infra eodez. §. plures. ꝛ. §. proximus.

l ¶ Sunt agnati. Sic. ff. de legi. tu. l. sunt autem.

m ¶ Libro. Ut supra d' legiti. agna. tu. §. sunt.

n ¶ Cognatione. Cognatio est genus: agnatio species. Unde quisquis est agnat⁹ ē cognat⁹: sed nō cōuertit.

Cognatio ē genus: agnatio species

a ¶ Consanguinei. Quasi ex eodem sanguine nati: ceteri agnati nō dicunt cōsanguinei. (ʃ) vt.ff.d suis. 7.l.ij.i pn.

ADDITIO (ʃ). Quid ait l vterinis an dicant ꝓsanguinei. vide Angel. h.

b ¶ Innicez. Scilicet filiꝰ fratris patruo.

c ¶ Etiam consobrini. Impropie. vt infra de gra. cogna. §. quarto.

d ¶ Jura consanguinitatis. Scilicet ad suos fratres prīꝰ natos: ad reliquos ho agnatos agnatiōis tm̄ ius acgrīt. vt. §. prīori. dirimus. Et est vez hoc si vt nente eo de cuiꝰ hereditate agīt cōcepti saltem erant. vt.ff. de suis 7 legitimis. tytul: 7.ff. vñ cog. l.j. §. siquis. primō. Alcursius.

ADDITIO. Alis ex persona sua nō succedit: sed bñ ex ꝑsona pīs. Ange.

e ¶ Non tm̄. Quis agnati vocentur ad hereditatem: non tamen cē.

ADDITIO. Et sic nota ꝑm Ange. dispositionē absolutā debere intelligi ꝑm ordinis prerogatiuā. Quod facit ad eum qui accipit in emphiteosim: vel cui legatur aliquid pro se 7 filiis suis: vt videantur esse vocati ꝑm ordinem charitatis.

f ¶ Dat ler. Scilicet. rē. tabularuꝫ.

g ¶ Sed his. Et oibus his: vt infra eo. §. si plures.

Itaq; ex eodē pīe nati fratres agnati sibi sunt qui 7 consanguinei[a] vocant: nec regritur an ēt eandez matrem habuerit. Itez patruꝰ fratris filio 7 inuicem[b] is illi agnatꝰ est. Eodem numero sunt fratres patrueleꝫ: id est qui ex duobus fratribꝰ ꝓcreati sunt: qui etiā consobrini[c] vocantur: qua ratione ēt ad plures gradꝰ agnationiꝫ peruenire poterimus. Hi etiam qui post mortez patris nascuntur iura consanguinitatis[d] nanciscunt. ¶ Nō tamen[e] omnibus simul agnatis dat lex hereditatē: sed hiꝫ qui tunc ꝓximiori gradu sunt: cum certum[h] esse ceperit aliquem intestatum decessisse. Per adoptionez[i] quoq; agnationis ius constituit: veluti inter filios naturales[k]: 7 eos quos pater eorum adoptauit: nec dubiū est quin ipso prie ꝓsanguinei appellentur. Item si[l] qs ex ceteris agnatis tuis: veluti frater: aut patruꝰ: aut deniq; is qui lōgiore gradu ē adoptauerit aliquē agnatꝰ iter suos[m] heredes esse non dubitatur. ¶ Femie agnate: vt sororis amita: filia ffis: aut patrui: hodie de iure ciuili admittunt cū omnibus agnatis. Et in admittendo huiusmodi seminas agnatas

h ¶ Certū. Qd est etiā s. facto testō qd euanuit: qd dic vt .j. §. ꝓximo.

i ¶ Per adoptionē q; q. dī. nō solū iure nāli cōstituit agnatio: sed etiaꝫ ciuili: vt per adoptionem. §. ēt libet iure isto. vt.ff. de adoptio. l.j. 7. §. d adopti. in pri ct. sed hodie per eam tm̄ ex qua transit in ptātem arrogatoris vt. §. tit. j. §. sed ea. versi. nostra autē. sed tamē lz nō fiat agnatus. s. hodie: quia nō trāsit i potestatez extranei arrogantis: succedit tamen ab intestato patri tm̄: nō alīs pīs agnatis: vt. C. de adopt. l. pe. §. lz sigdē. Accurs.

k ¶ Naturales. Et legitimos non tm̄ emācipatos: vt.ff. d gra. cog. l. si filiū.

l ¶ Item si quis. Non solum pater: de quo dictum est.

m ¶ Suos heredes ē. Id est agna-

scitur alijs agnatis adoptantis: ⁊ eis cognatus fit: vt. ff. de adoptio. qui in adoptionem.

a ¶ Ceterum. Id est certe: vel aliter. lex quidē duodecim tabularū deferebat hereditatem agnatis proximis: sz media iuris prudētia: cuz distinctione: ⁊ ideo hic dicit ceterꝝ ꝓ sz.

b ¶ Lōgissimo gradu. Id est decio vt. j. d succes. cognat. §. fi.

c ¶ Femias ꝟo agnatas.

d ¶ Ita placebat. Nota caute dic placebat: ⁊ non placet: vt. j. §. nos ꝟo. et hoc erat per mediaz iuris prudētiā: nō per. l. duodeciz tabulaꝝ: neqz per ꝓtorē: vt. j. eodē §. ⁊ hoc qdē. ⁊. §. media.

e ¶ Cōsanguinitatis. Id est agnatōis.

f ¶ Earū. s. feminarum.

g ¶ Tua. s. hereditas.

h ¶ Plerūqz. hoc pp cōsanguineas sorores de qbꝰ modo dixit.

ADDITIO. Et hinc sumitur ratio statutorum cōmuniter per italiam ꝙ stantibus masculis femine non succedant: quia statuta ex parte masculorum sunt fauorabilia: ⁊ ex pte feminarum odiosa: vt hic per Ang.

sunt qnqz iura: vnū est lex duodecim tabularū: aliud est media iuris prudentia: tertiū est ius pretoriū: quartū est quedā cōstitutio imperialis: qntum est ius nouissimū. Aretinꝰ.

¶ Ceterū [a] iter masculos quidē agnationis iure hereditas: etiam si longissimo [b] gradu sint: vltro citroqz capitur.

¶ Quod ad feminas [c] ꝟo attinet: ita placebat [d]: vt ipse consanguinitatis [e] iure tm̄ capiant hereditatem: si sorores sint: vlterius nō capiant. Masculi autem ad earū [f] hereditates (etiam si lōgissimo g̃du sint) admittantur. Qua de causa fratris tui aut patrui tue filie vel amite tue hereditas ad te pertinebat: tua [g] ꝟo ad illas nō ꝑtinebat. Qd̄ ideo ita cōstitutum erat: qꝛ commodius videbat̄ ita iura cōstitui vt plerūqz [h] hereditates ad masculos [i] cōfluerent. Sz qꝛ sane iniquuz erat in vniuersum eas [k] quasi extraneas repelli: ꝑtor eas ad bonoꝝ possessionē admittit: ea pte qua ꝓximitatis [l] nomine bonorū possessionē pollicet̄: ex qua pte ita scilz admittūtur si neqz agnatꝰ vllus nec proximior cognatꝰ iterueniat [m]. Et hec quidem [n] lex xij. tabularuz nullo modo introduxit: sz simplicitatē [o] legibus amicā amplexa simili mō oēs agnatos siue masculos siue feminas cuiuscūqz gradus ad sili̇tudinē suoꝝ inuicez ad successionē vocabat. Media autē iuris prudētia q̄ erat quidē lege. xij. tabularū iunior [p] impiali autē dispositione anterior [q] subtilitate q̄dam excogitata

i ¶ Ad masculos. fic. s̄. ti. j. §. itē vetustas.

k ¶ Eas. i. agnatas feminas.

l ¶ Proximitatis. i. cognationis.

m ¶ Interuēiat. nec aliquis suoruz: vt. s̄. titu. j. §. admonendi. in fi. §.

n ¶ Et hec quidē. que. s in. §. ceteruz. ⁊. §. sz qꝛ dicta sunt.

o ¶ Sz simplicitatē. remota differētia agnatorū inter masculos ⁊ femias fic. s̄. de fidei cōmis. he. §. sed quia.

p ¶ Junior. Et fic nota ꝙ lex. xij. tabularū est vetustior q̄z media iuris prudentia et q̄z ius pretoriū.

q ¶ Anterior. i. cōstōne aſſriori. j. scripta q̄ ē. C. de legi. he. l. lege. xij. ta. Ac.

a ¶ Prefatā. s. dictā. s̄. e. §. ceterum.
b ¶ Eas. agnatas feminas: nisi sorores.
c ¶ Oī. Nā ordo cognatorū nō erat adhuc. Uel dic ēt deficiētib⁹ agnatis ipsi tñ nō vocabantur.
d ¶ Iurj ciuilis. id ē medie iuris prudētie: qd̄. s. ciuile dī: vt. ff. de ori. iu. l. ij. §. hec disputatio. Accur.
e ¶ His. i. mulierib⁹ agnatis vltra sorores.
f ¶ Uñ cognati. sic dcā: qr̄ p eā cognati vocāt̄. Ac.
g ¶ Nos vo hic Iustinianus loquit̄.
h ¶ Laudamus. quidez pretores.

ADDitio. Not. q̄ ille ē laudādus q̄ est iuētor alicui⁹ ordinationis siue dispositionis lz nō eq̄ pfecte adinuenerit: qr̄ facile est adinuētis adder̄: vt. l. j. C. Inuentis addere facile est.

prefatā [a] differentiam inducebat: et penitus eas [b] a successione agnatorum repellebat: omni [c] alia successione incognita: donec pretores paulatī asperitatē iuris ciuilis [d] corrigentes: siue qd̄ deest adimplentes: humano proposito alium ordinem suis edictis addiderunt: ⁊ cognationis linea proximitatis nomine ītroducta: per bonorum possessionez eas adiuuabant: et pollicebantur his [e] bonorum possessionem: que vnde cognati [f] appellatur. Nos [g] vero legem duodecim tabularū sequētes ⁊ eius vestigia in hac parte conseruātez: laudamus quidez pretores [h] sue humanitatis: nō tamen eos in plenum huic cause [i] mederi inuenimus. Quare [k] eteniz vno eodemq̄z gradu naturali concurrēte ⁊ agnationis titulis [l] tā in masculis q̄z in feminis eq̄ lāce ꝯstitutis [m]; masculis q̄dem dabat̄ [n] ad successionē venire omnium agnatoruz: ex agnatis autē mulieribus nulli penitus nisi soli sorori ad agnatoruz successionē patebat adit⁹ [o]. Ideo nos in plenuz omnia reducentes: ⁊ ad ius duodecim tabularum eandem dispositionē exequētes nr̄a cōstitutiōe [p] sancimus oēs legitimas ꝑsonas id est ꝑ virilē sexū descēdētes: siue masculini generis: siue feminini sint: simili [q] modo ad iura successionis legitime ab ītestato vocari secunduz sui gradus prerogatiuaz: nec ideo excludendas: qr̄ cōsanguinitatis [r] iura sicut germane nō habent.

¶ Inter agnatos admittuntur descēdentes ex sororibus etiam vterinis si in primo gradu sint. hoc dicit Angelus aretinus.

¶ Hoc etiāz addēdum nr̄e cōstitutioni existimauimus [s] vt trāsferatur vnuz de veteri iure enu. An. are.
i ¶ Huic cāe id ē expulsioni agnatorū.
k ¶ Quare eteniz. Bene dico fore ꝓuidēduz agnatis femis q̄re etenim ⁊c̄.
l ¶ Titulis. id est oībus. Accur. florē.
m ¶ Cōstitut̄. i. ordinatis. Accur.
n ¶ Dabat. id est ꝯcedebat̄. Accur.
o ¶ Adit⁹. Certe ñ erat rō iusta vel sufficiens: lz aliq̄ sit: vt. s̄. e. §. cetez. ī fi.
p ¶ Cōstōne. vt. C. de lege. xij. tabu. Accur.
q ¶ Simili mō. i. hincinde. Uel dic. ita femie vt mares.
r ¶ Cōsanguinitat̄. Id est lz nō sint sorores q̄ germane vocent̄ q̄si ex eodem germie nate.
s ¶ Hoc ēt. Existimauimus: vt. C. de legit. here. l. lege. xij. tabularuz. §. j. ⁊. §. in his.

a ¶ Tantūmodo. l. non vlteriores. proximi or: tñ sit vt ipse sorores vel fratres vterini vel vterine: vt sequit: vt. C. de legi. here. l. fi. §. sed neqz.

b ¶ In legitima qz successione. Scilz agnatorum.

c ¶ Germane. id est nate ex eodem patre et matre cum defuncto.

d ¶ Uterine. i. nate ex eadez matre tñ.

e ¶ Deinceps. i. vlteriores siue in gradu remotiores.

f ¶ Tangz. ADDITIO. Nota ex hoc tertu: q̄ isti ꝓprie sunt agnati: z tñ non comprehenderentur in statutis loquētibus de agnatis. Inge. areti.

g ¶ Superstites. hoc corrigitur p auctenticam cessante. C. de legitima hereditate: qz cum his admittunt. Itē z in alio qz subiecit hic §. corrigitur. quia in stirpes fit diuisio hodie: qz post hos fratrū̄mō a gradus a iure cognatiōis i legitimāb successionē vt nō solū ffris filiꝰ z filia (sm q̄ iā diffinitū) ad successionē patrui sui vocāt: qz ēt germane c cōsanguinee vl sororis vterine d filiꝰ z filia soli: z nō deinceps e psone vna cū bis ad iura auūculi sui pueniāt. ¶ Et mortuo eo q patruꝰ qdē est sui ffris filꝰ: auūculꝰ aūt sororꝫ sue soboli simili mō ab vtroqz lateꝝ succedāt tāqz f si oēs ex masculis descēdētes ītimo iure veniāt. s. vbi frat z sorores superstites nō sunt. his eteni psonis ꝑcedētib⁹: z successionē admittētibus ceteri gradus remanēt penitꝰ remoti. vz. hereditate non in stirpes: qz in capita ꝫ diuidēda.

Filij fratris succedūt cuz patruo z i stirpes sit diuisio.

¶ Qz sunt plēs agnati tñ solus ꝓximior in gradu vocāt. Et si plures sunt i ꝓximiori gradu: oēs simul vocant. hoc dicit Aretinus.

¶ Si plures i sint gradus agnatoꝝ: apte lex. xy. tabulaꝝ ꝓximū vocat. Itaqz si (vbi gra) sint defuncti frater z alterius fratris filiꝰ aut patruus frater potior habetur k. Et quāuis singulari numero vsa lex. xy. tabu. ꝓximū vocet: tñ dubiū nō est qn si plēs sint eiusdē gradꝰ oēs admittant. Nā z ꝓprie ꝓximꝰ ex plibꝰ gradibꝰ intelligit: z tñ nō dubiū est quin qz vnꝰ sit gradꝰ agnatoꝝ: perueniat ab eos hereditas.

¶ ꝓximꝰ ispicit tpe testamēti destituti qñ testū factuz est: aūs aūt tpe mortis testantis. Areti.

¶ Proximus l aūt siquidē nullo testamēto facto gsqz decesserit per hoc tps regrit quo mortuꝰ est is de cuius hereditate agitur. Et ideo si tūc fratrum sit diuisio in capita: vt in auctētica de hereditatibus que ab intestato. §. reliquum. collatione nona. z in auctentica vt fratrum filij. §. primo. collatōe nona. Uel dic quod dicit in auctētica in stirpes diuidi: vez est quando cum aliis: scilicet patruis vocantur nepotes: aūs in capita: vt ḣ.

b ¶ In capita. supra titulo primo. in fine. contra. Solutio ibi de descendentibus loquitur: hic de collateralibus. Accursius florentinus.

i ¶ Si plures sint. sic in auctētica de heredibus q̄ ab intestato §. si vo neqz fratres. collatione nona. z. ff. de suis et legitimis heredibus. l. ij. §. hereditas.

k ¶ Habetur. hoc corrigitur: vt. §. dicti per auctentica cessante. Accursius florentinus.

l ¶ Proximꝰ. sic supra

titu.). §. cum autem.

a ¶ Queritur. sic supra eodez. §. non tamen.

b ¶ Tunc enim. Scilicet cum non aditur hereditas ex testamento.

c ¶ Longo tępore. i. post mortem.

d ¶ Placebat. Scilicet ex lege duodecim tabularum.

e ¶ In eo genere. Scz iure successionis.

Successorium edictū.

f ¶ Successionem non eē. id est successorium edictum inter agnatos locum non habet. scilicet & persona in psonam: sz inter cognatos sic: vt infra sequitur: vt. ff. de successione edicta. l. j. §. quibus. sed de ordine in ordiné seu de capite in caput. sicz vt de liberis in agnatos: de agnatis in cognatos: et post in virum

† Nota pro cui dētia q caput si ordo est gña

ditate grīs a. Qō si facto testamēto gsq̄z decesserit p hoc tempus requiritur quo certū esse ceperit nullū ex testamēto heredē extiturū. Tunc enim b ꝓpie quisq̄z itestatus decessisse intelligitur. Quod quidez aliqñ lōgo tpe c declarat in quo spatio tpis sepe accidit: vt proximioze mortuo proximus esse incipiat qui moziēte testatore nō erat proximus.

¶ Olim nō erat locus successorio edicto in agnatis de psona in psonā: sz solū de ordine i ordinē hodieno ē de psona in psonā. h. d. Areti.

¶ Placebat d aūt i eo genere e pcipiendarum hereditatuz successionem f non esse: id est vt q̄zuis proximus qui (ſm ea que diximus) vocatur ad hereditatē spreuerit hereditatē aut anteq̄z adeat ōcesserit: nihilo magis g legitimo iure sequentes admittūtur. Quod itez pretozes imperfecto iure corrigentes: non in totum sine aduminiculo relinquebāt: sed ex cognatoz ordine eos vocabant. vtpote agnationis iure eis recluso. Sz nos h nihil pfectissimo iuri deesse cupientes nostra cōstitutioe sancim⁹ quā de iure patronatus (humanitate suggerente) protulimus i successionē in agnatoz hereditatibus nō eē eis denegādā.

¶ Lū satis k absurdū erat quod cognatis a pretoze apertū l est: hoc agnatī esse reclusum maxime m cū in onere q̄dem tutelarū z primo gradu n deficiēte sequēs succedit: z qō in onere obtinebat nō erat in lucro permissum.

¶ Oli pater admittebatur ad legitimā hereditatē filij emācipati: si in emancipatione fuerat contracta fiducia. Hodie vo presumitur contractam esse fiduciam. Aretinus.

¶ Ad legitimam o successionez nihilo

z vtorem: vt sequitur: vt ff. si tabule testamenti nulle extabunt. l. prima. primo respōso.

g ¶ Nihilomagis. id est non ideo magis.

h ¶ Sz nos. loquitur Justinianus.

i ¶ Protulimus. Scilicet in greco.

k ¶ Cum satis. ratio prima.

l ¶ Apertum est. Scilicet successorium edictuz. de persona in personam.

m ¶ Marte me. ratio secunda.

n ¶ Gradu. agnatorum.

o ¶ Ad legitimaz. Est enim filius agnatus patri proximus vt. ff. de suis z legitimis filius qō ius non tollitur per capitis diminutionē sicut neqz inter fratres: vt h. z. C. de legitimis tutelis. l. quare

li⁹ z sūt ōtuor: vñ libi: vnde agnati: vñ coagnati z vñ vir: z vnūqōqz ipiox cōtinet ſſ se plea graduſ puta in vnū ll. sunt ḃmo filij scdo ne potes. tertio p nepotes z sic deiceps. et eodem modo i quolꝺz capite. Filiꝰ ē patri agnatꝰ.

ta. Accursius florentinus.

ADDITIO. Quāuis tamen pater succedat filio ab itestato. ⁊ sic ꝟm tacitā eius voluntatez: vt. l. conficiunt. ff. de iure codi. non tamē contra volūtatē si ab ipso filio aliquid vel tātū acceperit qd̄ satis fit ad legitimam. l. j. §. si parens. ff. si quis a pa. fue. manu. de qua materia dic vt p An.

a ¶ Parēs. sic econtra: vt. s̄. tit. j. §. emancipati.

ADDITIO. Et erat ratio diuersitatis: qr pater multum conferebat filio per emancipationem se expoliando priuilegijs patrie potestatis: ideo in recompensationez admittebatur ad eius hereditatem. Angelus aretinus.

b ¶ Constitutione: vt. C. de emancipatio. libe. l. finali.

c ¶ Contracta fiducia. sic dicēdo: ius succedendi in bonis tuis mihi reseruo: vel etiam sic emancipato te contracta fiducia.

d ¶ Non aliter. qd̄ non erat rectum: vt. ff. de reg. iur. l. ꝟm naturam. ⁊. s̄. de legi. patro. tu. in fi. ⁊. j. de emptio. ⁊ vē. §. cum autem. circa medium. nam qui sentit incōmodum: sentire debet commodum: vt dicunt iura saperius allegata: ⁊ econuerso. non est enim ferendus qui lucruz amplectitur. onus aūt subire recusat. C. de cadu. tollē. l. vnica. §. pro secundo. in fi.

minus vocatur etiā parens [a] qui cōtracta fiducia filiuz vel filiam: nepotem vel neptez: ac deinceps emācipat qd̄ ex nostra constitutione [b] omnino inducitur: vt emancipationes liberoꝝ semp videātur quasi cōtracta [c] fiducia fieri: cū apd̄ veteres non aliter [d] hoc obtinebat: nisi specialiter contracta fiducia parens. manumisisset [e].

¶ De senatuscōsulto tertulliano.

c ¶ Si fundum. Fieri possit. cuz cōmodo ꝓmissoris: vt. ff. de ver. signi. l. nepos ꝓculo. nec tñ nimiū expectat̄: lz prius nō possit soluere: vt. ff. de v̄b. ob. cōtinuus. §. illud. Itē ⁊ si icōtinēti pōt: nō tñ iō statim exigit̄: vt. ff. de solu. qd dixim⁹. quoddā ergo tp̄s mediū exigimus. s. x. dierū ꝑm quosdaz: vt. ff. de cōstitu. pecu. l. ꝓmissor. Vel dic arbitrio iudicis cū lege nō fit determinatum: vt. ff. de iure deli. l. j. in fi. q iudex statuet tēpus quoddaz nec nimiū nec modicū: vt. ff. de sol. l. ratū. ⁊ rē ra. ha. l. quo enīz. §. j. ⁊. j. de officio iudi. j. rñ. Itē nunqd idē in quātitatibus qd in speciebus hic dicit̄: Rñ. nō. imo tempore tanto quātum iudicatis dat̄ expectatur: vt. ff. de iudi. l. si debitori. scz iiij. mensium (j) vt. C. de vsufructu rei iudi. l. ij. ꝑm quosdam. vel verius dic vt notatur. s̄. de verbo. obliga. §. omnis. in glo. j. statim ⁊c.

Promissor: an stati ꝯueniri possit.

ADDITIO (j). Quibus pendentibus capi poterit: nisi satisdet ꝙ adueniente termino satisfaciet nisi interim compensare vel aliquid exponere poterit: qr tale tēpus miserationis causa conceditur ꝑm Angelum.



Continuatio. ¶ De fideiussoribus. ¶ Cōtinua sic. Visuz est de his qui principaliter obligant̃ ex pluribus cōtractibus. Verū vt hic dicit tertus in principio. pro eo qui obligatus est solet accedere fideiussor: iō post illos titulos subijcit̃ iste de fideiussoribus. Areti.

Diuisio. Pro eo ¶ Totꝰ iste titulus diuidit̃ in qnqz partes. Prio qualiter fideiussores accipiunt̃. Scdo in qua obligatione accedere possunt. Tertio quādo sunt plures fideiussores an insolidū vel pro pte quilibet obligatur. Quarto qd nō potest fideiussor in plus obligari q̄z p̄ncipalis. ⁊ qñ dr̄ in plus obligari. Quinto quādo solēnitas intrinseca presumitur. Scda ibi (In omnibus.) Tertia ibi (Si plures.) Quarta ibi (Fideiussores.) Quinta ibi (In stipulationibus.)

¶ De fideiussoribꝰ. ¶ Fideiussor est q accessorie obligatur ad maiorez cautelā creditori. Angelus aretinus.



Pro eo qui ꝓmittit[a] solent alij obligari qui fideiussores appellant̃: quos homines[b] accipere solent[c] duz curant: vt diligentius sibi cautum[d] sit.

¶ Omni obligationi accedere potest fideiussor: ⁊ ciuili tm̄: ⁊ naturali tm̄: ⁊ non tm̄ pro homine libero: sed etiaz pro seruo. Aretinus.

¶ Pro eo ꝓmittit. Casus. ¶ Quesiui a Justinia. vnde procederent fideiussores siue ortum haberēt: dicit ipse. Sepe contingit q̄ vnus principaliter obligatur: ⁊ alius pro eo intercedēdo obligatur: qui fideiussor appellatur: ⁊ fideiussores istos accipiunt creditores dum curant: vt tutius caueatur.

a ¶ Promittit. Scilicet p̄ncipaliter: scilicet ꝑ stipulationez: ⁊ idem si quocūqz alio mō quis obliget̃ vt ifra eo. §. j. ⁊. ff. eo. l. j. Nunqd autē accessorie obligationi accedere fideiussor pōt ⁊ Respon. sic: vt. ff. eodez. l. grece. §. fi. et de pign. act. si rem. §. j.

b ¶ Quos hoies. Id est fideiussores.

c ¶ Solent. Scilicet creditores.

d ¶ Cautum sit. Et est cautuz sine dubio: vt infra de replica. §. finali.

ADDITIO. Unde plena cautio dicitur cum fideiussoribus: sed plenior cum pignoribus: simpliciter ꝟo probata ab homine intelligitur sine fideiussoribus: secus si a lege vel a pretore: nisi procederet vltra declarādo nudam cautionem sufficere. Ange. areti.

Cautio qñ dicitur plena: vel plenior vel simplex.

¶ In omnibꝰ aūt. Casus. ¶ Quesiui ab imperatore an fideiussor accipi

possit solūmodo a debitore qui est ꝑ̄bis obligatus: Respō. di. ꝙ fideiussor pōt accipi in omni obligatione: siue sit obligatio cōtracta re: siue verbis: siue consensu: ⁊ plus dico ꝙ fideiussor pōt dari pro obligatiōe ciuili tm̄ ⁊ pro naturali tm̄ et ꝓ ciuili ⁊ naturali. Unde cū seruus domino suo possit naturaliter obligari pōt ⁊ dare fideiussorem domino suo: et id qd ei naturaliter debet ⁊ etiam extraneo: ⁊ erit ille fideiussor a seruo datus domino naturaliter ⁊ ciuiliter obligatus: cum tamē debitor principalis sit tm̄ naturaliter obligatus: qd mirum videtur: cū plus nō debeat eē in accessione q̄ꝫ in principali obligatione: vt infra eodē titu. §. Fideiussores. ad qd respon. ꝙ plus loco: vel tēpore: vel re: vel causa nō potest esse in fideiussore: q̄ꝫ in principali debitore. Tamē circa illud idē ꝙ debeat esse principalis debitor potest eē efficacior obligatio fideiussoris: q̄ꝫ principalis debitoris.

a ¶ In omnibus aūt obligationib⁹. Id est in omni specie obligationum: dūmodo nō sit cōtra legem: vt. ff. eo. l. cuz lex. Sz ꝯtra. C. nē fideiussores do. denť. l. j. Solutio illd speciale est. (j) Itē in presentibus ⁊ futuris negocijs pōt accedere fideiussor: vt. ff. de iudic. l. nō quēadmoduz. ⁊. j. eo. §. fideiussor.

ADDITIO (j) Hoc verꝝ in fideiussore. de dote cōseruāda ꝓpter perfidiā euitandam inter eos: vt ibi dicit text. Quid autez de dote restituenda. vide in. l. constāte. §. quotiēs. ff. soluto matrimonio. Angelus.

b ¶ Cōsensu. Siue ēt ex maleficio vl' quasi: vt. ff. e. l. grece. §. sz si ex delicto.

c ¶ Nec. Id est non.

d ¶ Ciuilis. Scilicet tm̄: vt pro eo q fuit ꝯfessus spe future numerationis: vt. j. titu. proxi. habet tm̄ eandez exceptionem quā reus: vt. C. d nō numerata pecunia. l. penul. in fi. ⁊. l. tam mādatori. Et sic nota ciuili tm̄ obligationi accedere fideiussorem: vt hic. ⁊. d. l. dicitur. ⁊. ff. eo. l. fideiussor. §. secundo.

e ¶ Naturalis. Scilicet vt pro seruo: vt subijcit. ⁊ ff. eo. l. fideiussor accipi. ergo quantum ad dationez fideiussoris non interest: sz quo ad alia multa iterest. s. iter ciuilē ⁊ nālē obligationē: vt. ff. d ꝯsti. pe. l. j. §. debitū. ⁊. l. ꝙ si marit⁹. §. si qs aūt.

f ¶ Cui. Scilicet obligationi.

g ¶ Adeo. Id est intantum.

h ¶ Pro seruo. Qui seruus de iure naturali tenetur tm̄: nō ciuili: vt. ff. de cōditio. indebi. si id qd. ⁊. s̄. de liberť. §. j. ⁊. s̄. d inuti. stipula. §. itē inutilis. ⁊ huic naturali accedit hic fideiussor. At ipse seruus fideiubere nō pōt. ff. e. l. seruus inscio. ⁊. l. sequenti.

i ¶ Obligeť. Fideiussor q ꝓ eo itēdit.

k ¶ Dn̄s. Non idem econtra: vt dn̄s seruo possit fideiussorē dare. Et est rō: qr talis fideiussor obligando seruo per se cōsequēs dn̄o obligať. Itē ꝓ eodē. s. dn̄o obligať quod esse non potest: vt idem pro eodez ⁊ apud eundem possit obligari: vt. ff. eo. si quis pro eo. §. j. ⁊ l. iranius. ⁊. ff. ad velle. tutor.

¶ Fideiussor. Casus. ¶ In isto. §. sic pone casum. Si aliqs pro debitore aliquo fideiubeat: non solum ipse est obligatus quandiu viuit: sed etiam si

¶ In omnib⁹ [a] aūt obligationibus assumi possunt: id est siue re: siue v̄bis: siue litteris: siue ꝯsensu [b] cōtracte fuerint. At nec [c] illud quidē interest vtruz ciuilis [d] an naturalis [e] sit obligatio: cui [f] adyciatur fideiussor: adeo [g] quidē: vt ꝓ seruo [h] quoqz obligetur [i]: siue exneus sit: q fideiussorē a seruo accipiat: siue ipe dn̄s [k] sit in id quod sibi naturaliter debetur.

¶ Obligatio fideiussoris est transitoria ad heredez, hoc dicit Aretinus.

Seru⁹ ciuiliť nequit obligari.

decesserit relinquit heredē obligatuz. ⁊ hmōi ratio est: qꝛ ex cōtractu tenentur hīdes. Fideiussor ⁊c̄. Pone ꝙ aliquis ita fideiussit pro tytio. fideiubeo ꝑ tytio ī id qd̄ sibi credes: vl' in id qd̄ sibi credis: valet ne tal' fideiussio ⁊ Rñ. ꝙ sic. ⁊ h̄ est qd̄ ī istis duob⁹. §. dr̄.

a ¶ Fideiussor. Relinqt obligatū siue hoc dictū sit siue nō. ⁊ idē in oī obligatiōe ex ꝯctu. vel q̄si in ipo reo ꝑncipali: vt. ff. de acti. ⁊ oblig. l. ex cōtractibus. Sed qd si ad penā furti obligat⁹ est vel alia actione vel obligatione que non transit ad heredes: Respō. nō puto teneri ex hoc casu heredē quasi naturaz mutet hoc casu stipulatio: vt argu. ff. si qs cau. l. si eū. §. qui iniuriaruz. ⁊. j. de ac. §. fuerat autem. (j) Et facit ad hunc. §. ff. eo. l. iiij. §. si.

Fideiussor: an semper relinquat heredē obligatū.

¶ Fideiussor nō tm̄ ipse obligatur: sed etiā heredem relinquit [a] obligatum.

¶ Fideiussor p̄t adhiberi: ēt ꝑ futura obligatione. Areti.

¶ Fideiussor [b] ⁊ p̄cedere obligationē: ⁊ sequi potest.

¶ Si pl'es ꝑ eodez fideiubebāt: qlibet tenet insoliduz: sed bñficio epistole fit diuisio īter eos qui soluendo sunt tpe litis cōtestationis. Et si vnus ex fideiussoribus q fit soluendo soluat insolidū: a fideiussore repetere potest. Aretinus.

¶ Si plures sint fideiussores: quotq̄t erunt numero singuli insolidū tenent [c]. Itaqz liberū est creditori a quo velit solidum petere. Sz ex epl'a [d] diui Adriani

ADDITIO (j) Hoc verū intellige qñ simpl'r pro tali actione vel delicto fideiubet: secus si penā: vel certā summā. lz pro delicto promiserit vel ꝑ eo qui iā erat condēnatus: qꝛ contra heredem transit nisi sub conditione promisisset: vt Joā. fab. ⁊ Ange. hic.

b ¶ Fideiussor. ⁊ p̄cedere puta fideiubeo in id qd̄ sibi credes. vel credidisti: vel credis: nā his tribus tēporib⁹ pōt accipi: vt hic. ⁊. ff. de vsufru. ea. re. que vsu con. l. quoniam. §. finali.

☞ ¶ Si plures. Casus. ¶ Po. ꝙ quodā debitore penes suuz creditorē. iiij. fideiusserūt. nunqd isti plures fideius. tenent insolidū: Rñ. Justi. ꝙ sic. ⁊ liberū est creditori a quo optet si velit exigere solidū de rigore iuris primitiui: sz postea inuenta fuit epistola diui adriani. in qua cauet ꝙ inter oēs fideius. q sunt soluēdo tpe litis cōtes. diuidatur obligatio: sz si tpe litis cōtes. vn⁹ inueniat non soluēdo ceteros onerat. Sed po. cuz iiij. sunt fideius. ꝙ vn⁹ cōuētus a creditore solidum soluerit quid iuris in isto casu: Rñ. Justi. ꝙ si p̄ncipalis d̄bitor nō fit soluendo h̄ erit suū detrimētū: et sibi dz īputari quare totū soluit: quia potuisset. se iuuasse epistola diui adriani. ⁊ hoc dicit.

c ¶ Si plures. Tenent. idē ē in plurib⁹ mādātib⁹ vel iubentib⁹: vt. ff. qd̄ iussu. l. si. Sz vr̄ iure nouo ꝙ ꝑ pte sua tm̄ qlibet teneat ipso iure vt iā nō fit necīa epl'a de q̄ subijcit h̄: nisi exp̄sse īsolidū ꝓmittat. ⁊ sic vr̄ corrigi qd̄ hic dr̄ in auc̄. de duo. re. §. j. colla. vij. Vel veri⁹ vt puto: dicta auc̄. loquit in plurib⁹ reis debēdi: in qbus ēt iure veteri vr̄ fuisse cautū vt ꝑ partib⁹ teneant: vt. ff. de duo. re. l. reos. At sec⁹ fit in fideiussorib⁹ quoꝝ qlibet tenet insoliduz: vt ipse reus pro quo intercedit. ⁊ ita habebit locū epl'a hodie vt olim.

ADDITIO. Et ista cōmuniter approbantur: adhibent enim isti ꝑ securitate: vt. s̄. eo. in prin. secus in duob⁹ reis: ideo ⁊c̄. Joā. fab. ⁊ Ange.

d ¶ Ex epl'a. Sz vbi est h̄ epl'a: Rñ. nō habem⁹ eā scriptā: multotiēs tm̄ de ea mentionez facit lex: vt hic. ⁊. C. de

consti. pecu. l. si. ꝛ. ff. eodem. l. inter fideiussores. ꝛ. l. sequenti.

Exceptio diuisiōis fallit in qnqꝫ casibus.

a ¶ Partes. Hec tñ epistola fallit in quinqꝫ casibus: vt in fideiussoribus tutorū que nō implorāt beneficiū. lꝫ tutores implorent: vt. ff. rē pu. sal. fo. l. si. ff. de tu. ꝛ ra. dis. l. j. §. nunc tractemus. Itē fallit in fideiussore fideiussoris: vt. ff. eo. si plures. §. si. Itē fallit qñ ceteri fideiussores soluendo nō sunt tēpore litis cōtestate: vt. j. subijcit statim. Itē fallit qñ eiusdeꝫ summe sunt fideiussores: sed non pro eodem debitore: vt. ff. e. si a tytio. Item ꝛ qñ inficiant: vt. ff. e. si dubitet. §. ita. Sed nūquid h̄ exceptio epl'e est peremptoria vel dilatoria? vr̄ peremptoria: qꝛ ꝓrsus perimit id in quo opponit. Itē ecōtra videt dilatoria: qñ ante litē cōtestatā opponi dꝫ: vt h̄: quare vr̄ dilatoria: vt C. de ꝓba. l. exceptionē. Sed dico eaꝫ quasi anormalā cū nec peremptorias prorsus imitet: que vsqꝫ ad sniam opponuntur: nec dilatorias que tm̄ differūt: vt. j. de excep. §. hec exempli. ꝛ. C. sen. rescin. nō po. l. peremptorias. (j) Sed qd si soluit: nunqd repetet quasi sit fauorabilis exceptio? Videt ꝙ sic vt in velleiano: vt. ff. de condi. inde. l. qui exceptionem. ꝛ. ff. e. l. si contendat. Sed contradico: qꝛ non inuenio ꝙ sit sic fauorabilis: ꝛ qꝛ suuꝫ recipit: vt. ff. de condi. inde. repetitio.

Exceptio epistole adriani ē anormala.

ADDITIO (j) Tu dic ꝙ ēt vsqꝫ ad sniaꝫ pōt opponi: vt no. gl. i. l. fideiussor. C. e. an aūt post sniaꝫ. vid Ang. h̄.

b ¶ Onerat. arg. contra. ff. ad le. rho. de iac. l. ij. §. si quis. Accursius.

ADDITIO. Solu. ibi nō erat fideiussor obligatus. nisi pro sua parte.

cōpellitur creditor a singulis q mō soluēdo sunt litis cōtestate tpe ptes [a] petere. Ideoqꝫ si qs ex fideiussorib⁹ eo tpe soluēdo non sit hoc ceteros onerat [b]. Sꝫ si ab vno fideiussore creditor totum ꝯsecut⁹ fuerit: hui⁹ solius detrimētum erit si is [c] ꝓ quo fideiussit soluēdo nō sit: ꝛ sibi īputare dꝫ cuꝫ potuerit iuuari [d] ex epl'a diui adriani et desiderare vt pro ꝑte in se detur actio.

¶ Fideiussor nō ꝑt in plus obligari q̄ꝫ principalis ꝛ ī plus obligari dr̄ etiā qui citeriori tpe obligatur. Aretinus.

¶ Fideiussores ita obligari nō possunt vt plus debeāt q̄ꝫ dꝫ is pro quo obligantur [e]. Naꝫ eoꝝ obligatiōi. plus. n. nō dꝫ eē in accessiōe q̄ꝫ in ꝑncipali obligatiōe: sꝫ ecōuerso bñ pōt eē. Si. n. ꝑncipalis dbitor obliget in decē bñ pōt fideius. obliga. in qnqꝫ ꝙ fideius. obli. i. xx. hoc eē nō pōt. h. d.

c ¶ Si is. scilicet reus.

d ¶ Iuuari. facit. ff. eo. l. vt fideiussor.

¶ Fideiussores. Casus.

¶ Quesiui a Iusti. vtrum fideiussores ita possint obliga. ꝙ pl⁹ debeāt q̄ꝫ debeat debitor principalis? Et rñ. Iu. ꝙ non. Obligatio. n. fideiussoria accessoria est ꝑncipalior obli-

e ¶ Fideiussores. Obligant. sꝫ nunqd in idipsuꝫ in quo reus tenet saltēꝫ remanet obligat⁹ qñ ī plus fideiussit? Quidā dicūt ꝙ sic. ꝓ qb⁹ est h̄ gñale. Utile per inutile nō vitiat: vt. ff. e. si a reo. §. j. ꝛ. C. de do. si qs argētū. §. sed in his oībus. Nos ꝯ. s. ꝙ in nihilū teneat: ꝛ est ꝓ nobis. ff. e. grece. §. illud.

ADDITIO. Collige ex glosa duas opini. Prima ꝙ vbi fideiussor fideiubēs in plus q̄ꝫ reus principalis debet obligatur pro concurrente quātitate: ꝛ pro hac sentētia allegatur primo. l. si a reo. ff. eodem. l. hactenus. in fine. ff. de consti. pe. l. rogatus. in fine. ff. māda. allegatur vulgaris regula: qꝛ vtile per inutile vitiari nō debet. regula iu. vtile. lib. vj. Christophorus.

a ¶ Nec plus. Contra hanc regulam est. s̄. de re. di. §. si tñ rem alienam. Itē ff. de contrahē. emp. si in emptione. in princ. Item. ff. de so. qui res. §. si mihi x. ⁊. §. qui stipulatur. ⁊. §. mihi rome. Sed his oībus da generalē solutionez: vt sic exponas hanc litteram. non plus eē pōt i accessiōe ⁊c̄. i. in accessoria obligatione. ſm Joā. Itē cōtra. ff. de iudi. non quēadmodū. Solu. ibi nō est plus: qr lz fideiubeat añ reum non tñ tenetur. Itez cōtra. s̄. e. at nec. Sed ibi non est plus eo modo quo dr̄ plus. Dicit̄ enim plus quatuor modis: quorū nullus est ibi: vt. j. de act̄. §. plus autem. Accur.

gatio accessio est p̄ncipalis obligationis nec plus [a] in accessione eē pōt q̄z in p̄ncipali re. At ex diuerso vt minus debeant obligari possunt. Itaqz si re⁹. x. aureos ꝓmiserit fideiussor i quinqz recte obligat̄: ꝯ [b] v̄o obligari nō pōt. Itē si ille pure promiserit: fideiussor sub cōditōe ꝓmittere pōt: contra [c] v̄o nō pōt.

ADDITIO. Et est ratio: qr in dictis quatuor modis disparitas prouenit ex facto stipulatoris: iō sibi imputet̄. Disparitas v̄o in efficacia seu substantia obligationis ex iuris ordinatiōe prouenit: ideo sibi magis succurritur.

b ¶ Cōtra. i. si reus. v. ꝓmisit: fide. x.

c ¶ Cōtra. si reus sub cōditione promittat: ⁊ fideiussor pure.

d ¶ Plus est enīz. facit ad h. ff. de v̄. sig. is cui. §. si. ⁊. j. de act. §. plus aūt. ⁊ ff. de sol. l. solidū. ⁊. ff. solu. ma. si constante. §. quotiens. Accursius.

¶ Si qd. Casus. ¶ Supra dictū est q̄ inter fideius. ⁊ creditorē est obligatio v̄borū: sz que est obligatio iter fide. ⁊ p̄ncipalē reū. Et rñ. Ju. q̄ si aliqd fideiu. ꝓ reo soluerit hz ꝯ eū actionē mādati. ⁊ ita q̄q̄ v̄boꝝ obligatio que est stricti iuris fit inter fideius. et principalem debitorem est obligatio mandati que est bone fidei. ⁊. h. d.

c ¶ Si quis aūt. Soluerit. siue ꝑ iudicem: siue non: vt. ff. mā. idēqz. §. fideiussores. Sz etiā in casib⁹ q̄tuor anteq̄ soluat agit mādati: vt si hoc dictū sit vt ad tp̄s teneatur. Idez si fuerit condēnatus. Itē si cepit bona sua dissipare reus. Item si diu stetit fideiussor i obligatione: vt C. mā. si ꝓ ea. ⁊. ff. mā. l. lucius. (j) al's nō agit añq̄ soluat: sz soluere dz: vt. ff. de condi. inde. l. indebitā. Sed etiā in casibus nullo mō agit: vt si pro iuito: aut donādi aīo: aut i rē suā fideiussit: vt. ff. mā. si remunerandi. §. si passus. ⁊ l. si ꝓ te p̄ste. Itē si hoc actū sit: vt nō agā: vt. ff. mā. si remunerādi. §. marcellus. Itē si mādatū nō sit obligatoriuz: vt. j. mā. §. illud. Itē ⁊ si fideiussor non opposuit exceptionē quā debuit opponere: vt. ff. mā. si fideiussor. Accursius.

Nō solū aūt in quātitate: sed etiā in tēpore min⁹ aut plus itelligitur. Plus [d] ē enim statim aliquid dare. minus est post tempus dare.

¶ Fideiussor soluēs pro reo habet ꝯtra euz mandati actionem. Angelus.

¶ Si quid autez fideiussor pro reo soluerit [e] eius recuperādi causa habet cū eo mandati [f] iudi-

Fideiussor i q̄tuō casib⁹ agitāte q̄ solū it.

ADDITIO (j). Intellige de arbitrio iudicis ſm cōez opinionē. ⁊ no. q̄ debuit stetisse in obligatōe nec sufficeret q̄ stetisset in promissione tm̄ vel fideiussione. at alios casus adde ad istā glo. vt per Ange. hic.

f ¶ Mādati iudiciū. i. actionē si iter cessit mādatū: vel ēt eo p̄ste fideiussisset: vt. ff. mā. q fidē. ⁊. l. ex mādato.

¶ Grece. Casus. ¶ Dñe ipe. di. hic q̄ fideius. accipit̄ nō solū ꝑ v̄ba latina sed etiā ꝑ verba greca. ⁊ hoc dicit.

¶ Grece.

a ¶ Grece. facit. ff. eodem. grece. j. respon. ⁊ infra qui. mod. tol. ob. §. sed ⁊ grece. ⁊ supra de verborum obligatio. §. vtrum autem. Accursi.

Expositio greci.

ADDITIO. Et aduerte q̄ (vt etiā textus aperit) Engytis grece dicitur latine fideiussor. Deinde seqtur in textu. lego oti engyume thelo. quod sic expōitur: lego dico. oti q̄ engyume. fideiubeo. thelo. volo. dico. q̄ fideiubeo volo. ⁊ hoc est qd̄ latinuz statim exp̄mit. ¶ In stipulationibus. Casus.

cium. Grece [a] fideiussor ενγυητης dicitur qui plerrū que ita accipitur: λεγω οτι ενγουμαι θελω qd̄ pro eo ē ac si dixerit dico quod fideiubeo: volo.

¶ In stipulationibus solēnitas ītrinseca p̄sumitur. Are.

¶ In stipulationibus fideiussorū sciēduz est hoc generalit̄ accipi: vt quodcūqz scriptū sit quasi actum: videatur etiam actū [b]. Jōqz constat siquis scripserit se fideiussisse videri omnia solēniter [c] acta [d].

¶ De literarum obligatione.

¶ Scribens se debere ex mutuo qd̄ nō recipit sperans recipere: obligatur literis cum effectu: olim post quinquēnium: hodie post biennium.

ADDI. j. Nota ꝑz Ange. h̄ q̄ falsitas īstrumēti: itē solēnitas vl' error scribent̄ possunt ꝓbari per testes. Idē in simulatione: dūmō ꝯct⁹ fuerit sine scriptis celebratus: lz ī scriptis redact⁹ fuerit. al's si ī scriptis sit celebrat⁹ nō probatur nisi per ꝯriam scripturam. De qua materia vide. s̄. ti. j. §. itē ꝟbor. Angel.

¶ Stipulatio autem fideius. potest esse cauta. si autem cauta non fit: vt si instrumentum dicat q̄ ipse promiserit creditori interroganti: ⁊ nihilominus omnia presumuntur solenniter acta quasi interrogatio promissionez precessisset. ⁊ hoc dicit.

Scripture ꝛp̄uate ⁊ publice stat̄ donec ꝯriū probetur.

b ¶ In stipulationibus. Etiaz actū. quasi dicat. ita dicit scriptura ac si vere ita fuisset factum quod forte fuit vel non fuit actum: certe presumitur pro scriptura vt sic videatur actum: ⁊ est hec scriptura priuata: dicit enim. siquis se ⁊c̄. ⁊ ex causa vnde incontinenti preiudicat: nisi cōtra probet̄. vt ff. de nō nume. pecu. generaliter. ⁊ facit ad hunc. §. ff. de verborum obligatio. §. sciendum. ⁊ C. de contrahen. sti. l. j. ⁊ supra titulo primo. §. si scriptuz. In scriptura autez si publica constat ei standum multo magis: nisi contra probetur. vt. C. ve ꝓba. cuz precibus: ⁊ in auc. de fide instru. §. si ꝟo moriantur. in princi. §. colla. vj. (j) Itez no. h̄ presumi omnia solēnit̄ tacta quod probant supradicte. ll. Accursi.

c ¶ Solēniter. Id est etiā īterrogationē factā fuisse: quā necesse est precedere. vt. s̄. de verbo. obliga. in prin. ⁊ C. de ꝯtrahen. ⁊ cōmit. stipu. l. j.

d ¶ Acta. Sed cōtra. ff. de publici. īrē actio. quecūqz. §. si. Solu. ibi sunt extrinsece solēnitates de tutore iudice qui debent adesse cum pupillus vēdit. At hic actus ꝓmissionis nullus est sine actu interrogationis. Unde ex quo dixi fideiubeo vel ꝓmitto itel ligit̄ īterrogatio facta eē q̄si pars ꝓmissionis: ⁊ sic nō est extrinseca solēnitas cū sit pars stipulationis.

¶ De literaꝝ obligatione. ¶ Ista rubrica continuatur ad precedentia. Quia supra visum est de obligationibus que contrahuntur re ⁊ verbis. Nunc ponit de his que contrahūtur literis. Aretinus.

Olim scriptura. ¶ Totus iste titulus diuidit̃ i duas partes. Primo ponit q̃lit̃ olim scriptura obligabat̃ ⁊ eius correctionē: ⁊ nouū statutum. Scd'o ponit infra quātum tēpus olim ⁊ hodie pōt opponi exceptio nō nu. pe. Secūda ibi (Multū.) ¶ Olim scriptura. Casus. ¶ Quesiui a dño Justi. qd est obligatio literarū: est illa que neqz cōstat re neqz verbo neqz ꝯsensu: sz literis siue scriptura. Ista obligatio literarū fiebat oliz cū quadā solēnitate quā hodie nō habemus. Obligatio tñ ista inefficax est quādiu ei potest opponi exceptio numerate pecunie. s. olim vsqz ad quinquēniū: sed hodie ifra biēniū: ex ista aūt obligatione nascit̃ obligatio que vocat̃ cōditio ex lege. s. tunc quando nō hz locum exceptio non numerate pecunie: cū enim nō fit verboꝝ obligatio: non haberet locū titulus iste: sed ad p̄cedentes ti. esset recurrendū. Ad intellectū tñ tam textus q̃z glosarum istius. §. sciendū est ꝙ si aliqs ꝯfiteat̃ in iudicio se debere aliquid alicui: ⁊ tunc valet ista cōfessio etiā si sine causa ꝯfiteatur cū auctoritas iudicis siue iudicij vicē cause suppleat. vt. ff. de iter. ac. l. j. ⁊. iij. si aūt extra iudiciū facta sit confessio: aut est facta sine causa: ⁊ tunc non valet: aut cum causa: ⁊ tunc distingue: qꝛ aut apponit̃ cā mutui: ⁊ i odiū feneratoꝝ poterit opponi exceptio non numerate pecunie infra biēniū: ⁊ cōpellet̃ fenerator ꝓbar̃ pecuniā se numerasse: aut apponitur cā dotis: ⁊ tunc infra mensem vel annum poterit opponi exceptio non numerate dotis: si aūt ex alia causa confiteatur se debere veluti cā emptiōis: ⁊ fil'r incontinenti presumit̃ causa vera: ⁊ sic confitenti preiudicat. Itē q̃ritur cum quis cōfitetur in scriptura se debere quare non statur scripture p̄cise: sed pōt opponi contra eaz exceptio non numerate pecunie. Dicas ꝙ multum refert vtrū in scriptura ista contineat̃ sic. Noueritis. M. in nostra p̄sentia cōstitutū cōfessum fuisse se debere tali ex causa mutui. c. Hec enim scriptura non dicit pecuniā sibi numeratam fuisse: sed cōfessuz fuisse se debere tali ꝙ forsan spe future numerationis fecit que forsan non fuit subsecuta: ⁊ propterea contra talez scripturam bene potest opponi exceptio non numerate pecunie: nec seqtur ꝙ de necessitate tali stet̃ scripture subtiliter indaganti liquere. Si autem ita contineatur i scriptura. Noueritis ꝙ talis in presentia nostra constitutus numerauit vel numerari fecit tali. c. hic fit mentio precise in scriptura d' numeratione facta: ideo scripture stare oportet: qꝛ nō p̄t huiusmodi literis excep. non numerate pecunie opponi. Item scire debes ꝙ propter tres gradus existentes in scriptura. s. scripture: stipulationis ⁊ iuramenti: dicunt quidam ꝙ tres sunt excep. respondentes istis tribus gradibus. Aut enim confitet̃ quis se debere aliquid in sola scriptura. s. sine stipulatione ⁊ iuramento: ⁊ contra istam scripturam habet locuz exceptio non numerate pecunie: aut in scriptura in qua continetur stipulatio ⁊ contra istā opponitur exceptio in factum: aut in scriptura in qua continetur iuramentum: ⁊ contra istam opponitur exceptio doli. Alij dicunt ꝙ exceptio non numerate pecunie: nō est exceptio specialis: sed generalis cum qua concurrit exceptio doli specialis: sed quia exceptio doli non habet locum contra patrem vel patronum: ideo adinuenta fuit exceptio in factum que poterit opponi cōtra scripturas in tali ca. Multi autem dicūt ꝙ si debitor ante biennium exceptioni non numerate pecunie opponat ⁊ arctat creditorem ad probandum pecuniam fuisse numeratam: post biēnium etiam poterit ipsam opponere: sed non cum tanto effectu: quia tunc necesse habebit probare pecuniā non fuisse numeratam.



a ¶ Scriptura: id est solēnitate quadam scripta: que per quedam nomina specialia fiebat. vt subijcit.

b ¶ Plane. Lz dicta verba in vsu esse desierint. plane ꝛc.

c ¶ Siquis s. homo priuatus. Idē est ꝛ si fiat ꝑ aliū: dūmō per publicā ꝑsonā: aliud si ꝑ priuatā. vt. C. de proba. īstrumenta. Are. tamē cōtra. ff. de pig. l. si fideiussor. §. j. Sed ibi in scribentis preiudicium credit.

Scriptura ꝑuata qñ fidē faciat.

ADDITIO. No. regl'ariter scripturā priuatam nō facere fidē. Fallit qñ hic scriptura aliqd ꝯtinet ꝯ scribētē: qr nō est verisimile aliquē scribeꝛ ꝯ se qd veritate non īnitat. ar. in. l. exēplo cum ibi no. C. d proba. Fallit secūdo si talis scriptura ꝑuata habet subscriptionem trium testium fide dignorū: auc. siquis vult caute dponere. C. qui poti. in pigno. ha. Christophorus.

d ¶ Debere. Scz ex causa mutui: ꝛ sine stipulatione. Hic enim verba non sunt apta ad stipulationē. vt. s. de verbo. obliga. §. j. Si autē sine causa non preiudicat. vt. ff. de proba. cū de indebito. in fi. Quid si stipulatio interuenit? Respon. ꝛ tunc habet locū effectꝰ huius ti. nam exceptionem in factum potest opponere: vt. C. eo. l. cū vltra: ꝛ hoc si spe future numerationis: al's si tanq̄z iam esset debitum cū non eēt scienter confitetur: videt donare al's id est si non vult donare: sed qr credit se ei debere non valet stipulatio: qr obijcitur exceptio. vt. ff. de reg. iu. l. cuiꝰ. ꝛ. ff. de excep. do. l. ij. §. ij. Et nota caute hic q̄ per verba presentis tēporis fit h̄ obligatio: vt ꝑ hec scribo me debere vel ꝯfiteor me debeꝛ: vt h̄ dr. ꝛ sic q̄ ij opinionē nr̄az qua diximus obligationez literis debere fieri per verba futuri tēporis tm̄ vt. C. de posthu. l. si sub specie. vt scribo me daturuz tibi. x. ex causa mutui. ad instar stipulationis que per verba futuri tpis tm̄ fit. vt. ff. de verbo. obli. stipulationū. §. stipulatio. Sed certe nec hic dico q̄ per h̄ ꝟba nascat nūc: ꝛ vt nūc: lz q̄si etiā ꝑus nata sit si confiteor per ꝟba ꝑsentis vel ꝑteriti tempoꝛis: ꝛ facit. C. d epi. audi. l. si ꝑsens. ꝛ. C. e. in ꝯctibus. in prin. Vel aptius nō faciūt hec verba obliger: lz vt obligatus ꝑsumar: lz habeā exceptionē: Vel verius: lz apponā verba ꝑsentis vel preteriti tpis: tm̄ semper itelliguntur futura. Quid enim prodest dicere cōfiteor me accepisse. x. vel debere. x. ex causa mutui: ꝛ hoc scribam: nisi

Stipulatio tm̄ fit ꝑ ꝟba futuri tēporis.

Obligatio fit tm̄ per

ꝑba futuri tẽporis. Lex nõ est ĩponẽda rebus.

intelligatur: ⁊ ideo reddam? Itez qd si dicam recipit ab illo. x. ex causa mutui: ⁊ hoc scribam? Respon. quidam non teneri propter supradictã rõnem: qꝛ per verba futuri tꝑis dꝫ fieri. Sed certe satꝭ puto ꝙ presumar obligatꝰ: sicut ⁊ cũ scribo me ꝺbere: vt hic: nec eniꝫ verbis: ĩmo rebus legẽ imponimus. vt C. cõmunia. de leg. l. ij. Vel dic ꝙ ibi intelligitur futurum vt predixi.

se scripserit [a] quod sibi numeratuꝫ [b] nõ est de pecunia mini me numerata post multum [c] temporis exceptionem [d] opponere nõ potest: hoc enim sepissime cõstitutuꝫ [e] est: ⁊ sic fit vt ⁊ hodie [f] duꝫ [g] queri nõ potest scriptura [h] obligetur [i]

a ¶ Scripserit. Id est scriptura confessus fuerit.

b ¶ Numeratũ nõ est. al's enĩ si numeratũ esset nõ lr̃is: sed re obligatus esset. vt. s̃. qb. mo. re. ꝯhi. obli. j. rñ so.

c ¶ Multum. hoc exponit̃. j. proxi.

d ¶ Exceptionẽ. Scꝫ non numerate pecũie qua p̃t ꝓponi: siue petat actor: siue nõ. vt arg. C. e. l. si quasi. ⁊ in scriptis ꝑm quosdã: vt in auc̃. de tem. nõ so. pe. super dote. §. j. col. vij. vel forte illud speciale in dote. Primum tamẽ ꝑm Joan. verius est. Accursius.

ADDITIO. Et h̃ veꝝ vbi nõ ꝓuocatus opposuit. Et est ratio: qꝛ tunc obtinet vicẽ actoris: al's secus. Ang.

e ¶ Cõstitutũ est: a multis imperatoribꝰ q fecerũt leges tales. C. e. ꝑ totũ vsqꝫ ad. l. gñal'r: nã postea Ju. sũt.

f ¶ Hodie. Hic loquit̃ q̃si supradicta loquant̃ ante tꝑa Justini. ⁊ nũc subijcit ꝙ hodie fit idẽ. Vel dicit hodie. i. postq̃ꝫ cucurrit h̃ tp̃s. s. quinquenniũ olim: hodie biẽnium. vt. j. proxi. ⁊ ꝑm hoc non debet esse ⁊ in textu. Accur.

Lr̃arũ bligatio tolli põt ꝑ ꝯtrariã scripturam.

g ¶ Dum queri non potest: id est dũ querimoniam proponere non põt de exceptione nõ nume. pecu. qꝛ cucurrit tp̃s. i. obligabitur per scripturã ad dãdam pecuniam non numeratam.

h ¶ Scriptura. i. per scripturã. Sed certe videt̃ neminẽ scriptura vel lr̃is obligari: sed intellectu qui ex literis percipitur ⁊ verbis. vt. ff. de actio. ⁊ obliga. l. nõ figura. quod quidam concedũt. Sed certe vtrũqꝫ facit ad obligationẽ: ⁊ ipsa figura lr̃arum: ⁊ ꝯsensus quẽ exp̃mũt: ⁊ quod d. l. dicit̃ nõ figura. s. sola. Item nũ qd ⁊ ꝑ ꝯ̃riaꝫ scripturã obligatio ciuilis nata poterit tolli: vt si creditor sic scribit. Cõfiteor me non numerasse: vel te ꝯfessuꝫ nõ fuisse: vel illũ soluisse? Rñ. sic. vt. ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale. Accursius.

i ¶ Obliget̃. Scilicet ciuiliter ⁊ naturaliter post biẽniũ quasi biẽniũ pariat naturalẽ obligationẽ. nam ante erat ciuilis tm̃ nõ naturalis cũ nihil numeratum fuerat. Itẽ si ciuilis non esset: frustra diceret̃ habere locũ exceptio. Dicimus ergo ꝙ sola ciuilis fit ante biẽniũ: sed post biennium naturalis adijcit̃. Vel qꝺ est verius non adijcit̃: sed prima ciuilis incipit habere vim nãlis ⁊ ciuilis. nã ⁊ stipulatio est de iure ciuili: habet tñ effectũ naturalis obligatiõis ciuilis: nã ciuilis per se non valet ad exigenduꝫ vt diximus. s̃. de obliga. §. j. Itẽ sic est in re iudicata. Adhuc tñ dicunt quidam vt Jo. ⁊ Hu. ꝙ si vult post biẽnium exceptionẽ opponere ⁊ ꝓbare sibi non numeratã pecuniam quod admittit̃: sed ante post biẽniũ ꝓbat creditor. vt. C. eo. l. si ex cautione: qꝺ certe est equũ: ⁊ ita bienniũ hoc solũ operat̃ ꝙ ꝓbatiõis ꝯuertat̃ onus: ⁊ ẽt pro his facit qꝺ al's dr̃ ꝙ nõ fiant illicite exactões. vt. ff. de of. p̃si. l. illicitas. Sed certe aliter de iure vr̃. s. vt nullo mõ admittat̃ ẽt ꝓbans. nã sacr̃m nõ põt deferre qꝺ est species ꝓbationis. vt. C. eo. l. ĩ contractibus. §. illo. ⁊. C. de iure deli. l. si. §. licentia. Sed certe satis credo

Exceptio non nu. pe. ẽt post biẽniũ potest oppõi.

Iuram̄tū ē spe cies ꝓbatōis

primum verum ⁊ equum. Nec obstat qd̄ de iuramēto dixi: qr ex pte illi⁹ legis in cōtractibus non hz iurametuz vim ꝓbationis si nō vult aduersari⁹. vt. C. de iureiur. l. gn̄aliter. §. finautē.

ADDITIO.

Ex hac glo. collige q̄ ille qui opponit exceptionē nō nu. pecu. ante biēnium nō tenetur ꝓbare fundamētuz sue exceptionis: hoc est pecuniā non fuisse numeratam: imo agens tenet̄ probare illā fuisse numerataz. Christopho.

⁊ ex ea nascitur cōditio [a]: cessante scilicet verborum obligatione [b]. Multum [c] autez tpis in hac exceptione antea quidem ex principalibus cōstitutionibus [d] vsqz ad qnquennium procedebat. Sed ne [e] creditores diutius possit suis [f] pecunijs forsitan defraudari: ꝑ constitutionē [g] nostraz tempus coarctatū est: vt vltra [h] biēnij metas huiusmodi exceptio minime [i] extendatur.

¶ De obligationibus ex consensu.

¶ In quatuor contractib⁹ hic enumeratis solo consensu contrahitur obligatio hincinde: etiā iter absentes: mediante nuncio vel epistola. Aretinus.

a ¶ Cōditio. scilicet ex illa. l. C. de non nume. pecu. l. in contractibus.

b ¶ Verboꝝ obligatione. i. stipulatione q̄ ꝟbis fit. nā tūc titulus iste cessat: ⁊ hz locū. s̄. de verboꝝ obliga. qn̄ excepit: vel hz locū exceptio in fcm̄. vt. C. eo. ti. cum vltra. qn̄ non accepit.

¶ Multū aūt. Casus. ¶ Quia supra dixit Justi. q̄ exceptio nō nume. pecunie post multū tp̄s opponi nō poterit: ideo hic exponit qd̄ est multum tēpus: dicēs q̄ h̄ tēpus erat olim vsqz ad qnquēnium: sed ne creditores suis pecunijs defraudarent̄ ꝓpter longum tp̄s infra qd̄ olim potuit opponi exceptio nō numerate pecunie: ideo illud tēpus per cōstitutionem imperatoris vsqz ad biēnium est coartatum: ita q̄ possit illa exceptio oppōi cū effectu: post biēniū ꝟo non cuz effectu. s. cum onerē creditorē ad ꝓbandū pecuniaz fuisse numeratā: poterit etiā post biēnium ꝓbare hoc. vt. s̄. dcm̄ est. ⁊. h. d.

c ¶ Multum. Quia post multū tēporis exceptionē proponere non pōt. vt supra modo dixim⁹: qd̄ fit multū exponit hic. Et nota multum pro qnquēnio poni: sed diu pro decēnio ponitur. vt. ff. q ⁊ a qui. si cū fidei cōmissaria. §. aristo.

Mltuz qnquēnium: ⁊ diu: decēnium cōprehendit.

d ¶ Cōstōnib⁹. Quas nō habem⁹.

e ¶ Sed ne creditores. Nō solū isti sed veri.

f ¶ Suis pecūijs. Subaudi etiaz. Naz occasionem hmōi fidaremus lōguz tēpus ēt veri debitores interduz talia opponerēt: ⁊ ita occasione liciti cōmitteret̄ illicitū: qd̄ eē nō dz: nō ēt licitū coarctat̄: vt viteť illicitū: vt hic: ⁊ i anc̄. d eccle. re. non aliena. in prin. colla. v.

Liciti occasione illicitū non dz committi.

g ¶ Per cōstitutionem. Ut. C. de nō numera. pecu. l. in contractibus

h ¶ Ultra biennij metas. Sic. C. de omni agro deser. l. qui agros.

i ¶ Minime extēdatur. Et hoc in casu mutui: si ꝟo ex alia cā ꝯfiteatur in scriptis: veluti emptionis vel filij icōtinenti preiudicat sibi: nec pōt contra probari: nisi per aliā scripturā. vt. C. de nō nume. pe. l. gn̄aliter. Itē hoc in debitore ꝯfitēte: sed in creditore ꝯfitēte sibi solutū. xxx. dies statuūt̄: nisi i casib⁹. vbi icōtinēti p̄iudicat̄. vt. C. d̄ si nu. pe. i ꝯctib⁹. §. sup certꝫ. §. sz qm̄.

¶ De obligationibus ex consensu.

¶ Supradictum est de obligationibus que verbis ⁊ literis contrahuntur: verū qr sunt alie que ꝯsensu contrahūtur: ideo de his subdit. Porc⁹.

Continuatio.

Diuisio

Consensu. ¶ Totus iste ti. diuidit in tres partes. Primo ponit quot casib⁹ quis obliget ex consensu solo. Secūdo quare i his magis ꝯsensu solo q̄ in alijs obligatio ꝯtrahit. Tertio ponit effectum huius obligationis ponēdo differētiā iter hūc contractuz: ⁊ stipulationem. Secunda ibi (Ideo autē.) Tertia ibi (Item in his.)

Consensu[a] fiūt obligationes i emptionibus[b]: venditionibus: locatiōibus[c]: cōductionibus: societatibus[d]: mādatis[e]. ¶ Ideo autē istis modis obligatio dicitur cōsensu ꝯtrahi: qꝛ neqꝫ scriptura[f]: neqꝫ p̄sentia oīmodo opus ē: ac nec dari quicq̄ ꝯ dñe vidi. s. differētiā gñalē inter hūc titu. ⁊ spēs suptores cōtrahendi. s. iter obligationē que fit re: ⁊ obligationez verboꝝ: ⁊ obligationes literaꝝ. Sed dñe pro deo detis aliā differentiā iter obligationē que fit ex cōsensu ⁊ obligationē ꝟborū: Et rñ. di. Frater ecce aliā dr̄iam. In obligatione enim q̄ fit ex ꝯsensu obligat hic ⁊ inde alter alteri: in his etiā que nō sunt dicta in cōuentiōe si ex bono ⁊ equo ea p̄stari oporteat. In stipl'atiōe āt ꝟboꝝ nihil venit vltra id quod inter partes conuenit. ⁊ hoc dicit.

¶ Consensu fiunt obligationes. Casus. ¶ Quesiui a Iusti. Dñe in qbus exēplis est hoc ꝙ obligatio solo consensu ꝯhitur: Et rñ. ꝙ in emptiōe: vēditione: locatione: ꝯductione: societate: ⁊ mādato. Sed quesiui iteꝝ quare dñe dicit in his quatuor modis contrahi obligatio cōsensu: qꝛ ad hoc ꝙ istis quatuor modis ꝯhat obligatio nō est necesse ꝙ partes sint presentes neqꝫ ꝙ iterueniat scriptura neqꝫ etiā aliqd dari: sed sufficit ꝙ ꝯhentes contra sentiant: vñ isti cōtractus etiā inter absentes ꝯhi possunt: aut per epistolam: aut per nuntium. ⁊ hoc dicit.

¶ Itē in his cōtractibus ⁊c. Ad intellectū istius. §. scire debes ꝙ stipulatio dicit stricti iuris: sed querit qñ cōtractus dicit stricti iuris: Ad hoc dico generaliter ꝙ quotiēscunqꝫ in contractu nihil venit nisi qd iter partes expresse cōuenit: tunc ille ꝯct⁹ dicitur stricti iuris: vñ scriptura demandata iudicibus dr̄ tota die esse stricti iuris: eo ꝙ in ea nihil venit: nisi ea de quibus in ea cautū est ⁊ arbitriū: dicitur etiā stricti iuris eo ꝙ i arbitrio nihil venit: p̄ter verba expressa in cōuentione siue in cōpromissione: hoc p̄ notato po. ca. in isto. §. sic. dixi Iusti.

a ¶ Consensu. Sic. ff. de actio. ⁊ obligatio. l. consensu.

b ¶ In emptionib⁹. Ut. ff. de ꝯhen. emp. l. j. §. fi. ⁊. j. titu. j. in principio.

c ¶ Locatiōib⁹. Ut. j. ti. ij. in princi.

d ¶ Societatib⁹. Ut. j. ꝓ socio. i p̄n. Sꝫ ꝯ. ff. ꝓ socio. l. iiij. j. rñ. Sed certe ibi nō negat: qn consensu contrahat societas. vnde non est contra.

e ¶ Mādatis. Sed nōne in stipl'one cōsensus dꝫ iteruenir. vt. s. d ꝟb. obliga. §. sꝫ hec. ⁊. ff. de pac. l. j. §. pe. Rñ. ibi exp̄ssis ꝟbis dꝫ eē ꝯsensus. vt. ff. d verbo. obli. l. j. j. rñ. hic āt ēt sine ꝟbis ⁊ iter absētes. vt. j. ꝓri. ibi iter p̄sites tm̄. vt. s. de iuti. stipu. §. itē verborū.

f ¶ Neqꝫ scriptura. Hic caute nota dr̄iam quā facit inter hūc titu. ⁊ supiores. Nā ꝙ dicit neqꝫ scripturā: in hoc discrepat ab obligatione literaruz: vt s. titu. j. † Itē in eo qd dicit neqꝫ p̄sentia: dicit propter verboꝝ obligationē que inter presentes fit. vt. s. de inuti. stipu. §. Itē inutilis. Itē in eo ꝙ dicit nō esse necesse quid dari: ideo dicit: vt discrepet ab illa que fit re. vt. s. qui. mo. re contrahitur ob. per totum.

† Dic certe idē videtur posse dici i oib⁹ pactis q-

bus ꝫ ꝑhī obligatio ex ꝑsona. vt ff. d solu. l. in his. §. i patoꝛ. ⁊ ꝯ regulari: nō regrīt scriptura: nisi tm̄ i q̄tuoꝛ casib⁹ hic descriptis. vt l. pactū qd bōa fide. C. de pac. ⁊ sic vī fiunt cōsen ꝙ iste tert. sit defecti tus dic ꝑm Jo. sa. ꝙ ꝑhī obligatōes ē ficaces ibi nō: vī hic de obligatiōi b⁹ efficacib⁹ loq itē dīt. Angelus.

ADDITIO. Tu potes dicere ꝙꝫ Joan. fab. ꝙ imo etiam iste ter. dicit ad differentiam contractus innoiati qui rei interuētu contrahitur. vt. l. ex placito. C. de re. permu. Angelus.

a ¶ Per epistolaꝫ. Ut ff. de rei ven dī. l. q̄dā mu lier.

b ¶ Itē in his. Fuit superioꝛ differētia ad tria genera obligationū: hic aūt fit differētia ad stipulationes: vel verboꝝ obligōnē.

c ¶ Cōtractibus. Qui ⁊ fiunt consensu.

d ¶ Oportet. q. d. hic inde cōtrahitur obligatio etiam in his que non sunt dicta. nam ventunt vsure post moꝝ. vt. ff. d actio. emp. iulianus. §. ex vēdito. idez est ⁊ in oibus bōe fidei iudicijs: ꝫ nō ex cōtractu: sed quasi nascātur. vt infra de actio. §. in bone fidei.

e ¶ Alius stipulet. Quasi dicat: necesse est ꝙ omnia deducātur in stipulationē. nā al's nihil venit in talē obligationem. vt. ff. de nego. ge. l. si pupill. in fine. ⁊. l. quia tantundem.

¶ De emptione ⁊ vēditione. ¶ Supra dictum est de obligationibus que consensu contrahuntur. Verum quia ille consistunt aut in emptionibus ⁊ venditionibus: aut locationibus ⁊ cōductionibus: vel societatibus: vel mādatis. vt. ī. tit. j. in princi. ideo de his tractaturus incipit de emptione ⁊ vēditione. Porcus.

necesse est vt substantiā capiat obligatio: ꝫ sufficit eos qui negocia gerunt cōsentire: vnde inter absentes quoꝫ talia negocia cōtrahuntur: veluti per a epl'am vel p nūtiū.

¶ Item in b his cōtractibus c alter alteri obligatur in id quod alteruꝫ alteri ex bono ⁊ equo prestare oportet d: cuꝫ alioquin in verboꝝ obligationibus alius e stipuleť alius promittat.

¶ De emptione ⁊ venditione.

¶ Emptio contrahitur coipso ꝙ de precio conuentum est: ꝫ nonduꝫ numeratuꝫ sit vel aliqua arra data: ꝫ si sine scriptura fiat: aliter aut scriptura celebrata erit emptio perfecta ⁊ nō priuꝫ.

a Areti. ¶ Optio ⁊ venditio cōtrahiť f

¶ Optio. ¶ Totus iste tt. diuidit in quinqꝫ partes. Primo qñ emptio ⁊ venditio cōtrahatur ⁊ qñ ab ea possit recedi. Secundo qꝫ ꝑciū deꝫ interuenire. Tertio qñ ēptio est perfecta ad quez spectat periculū rei venditē. Quarto an sub cōditione possit emptio celebrari. Quinto ꝙbus casibus emptio rē nō possit. Secūda ibi (Preciū autez.) Tertia ibi (Cū autē.) Quarta ibi (Emptio taz sub ꝑdōne) quinta ibi (locasacra) Diuisio

¶ Emptio ⁊ vēditio. Casus. ¶ Que sint a Justi. qualr ꝑhī empt. ⁊ vēdi: Et nō. dī. ꝙ emp. ⁊ ven. ꝑhī solo ꝑsensu cū ceto fuerit d ꝑcio ꝓuētū: ꝫ si fuerit arra data: neqꝫ ꝑcūm: neqꝫ aliqd loco ꝑcij: ⁊ hec obtinēt ex nā emptōis ⁊ vē. q̄ fiūt sine scriptura. In hmōi enīz emptio ⁊ vē. nihil a nobis inouatū ē. f ¶ Cōtrahiť. Dic no. tribus modis perfici emptionē. Uno modo. ſ. ex quo nō possunt discedere ꝑtes. vt. C. de actio. ⁊ obli. l. sicut ab initio. ꝑm quez modū etiam cōditionalis emptio est perfecta. Sed o mō qñ est pura: ⁊ tūc incipit periculū rei ad emptoꝛē pertinere. vt. ff. d̄ pericu. ⁊ cōmo. rei ven. l. necessario. in prin. ⁊ ita ꝑhī hic sine perficiť. Tertio qñ res tradiť: dicitur plus perfici adhuc sine implerī. vt. ff. de actio. emptio. siquis rem alienam.

ADDITIO. Et istam inducit Joā. fab. ad decisionez q̄stionis an ⁊ qñ ex consuetudine dñio vel proximo rei vēdica. ius aliquod quesitum esse censeatur. Angelus aretinus.

simul atqz [a] de precio cōuenerit: quāuis nondum preciū numeratum [b] sit: ac nec quidez arra data fuerit. Nam qđ arre [c] nomine datur argumentuz est emptionis [d] ⁊ venditionis contracte.

Sed hoc quidem de emptiōibus ⁊ vēditionibus: que sine scriptura [e] consistūt obtinere oportet: nam nihil a nobis in huiusmodi emptionibus ⁊ venditionib⁹ [f] īnouatū ē. In his autem que

a ¶ Simul atqz. .i. statim postq̄z. vt .s. de re. di. §. fere.

b ¶ Numeratū sit nec aliqd datuz loco precij. vt. s. tit. j. in principio.

c ¶ Arre. vt. ff. eo. qđ sepe. in p̄n.

d ¶ Emptionis ⁊ venditionis contracte. Nō aūt est de substātia contractus.

e ¶ Sine scriptura. Idest sine solennitate scripture.

f ¶ Venditionibus. Scilicet que fiunt sine scriptura.

¶ In his autē ⁊c. Casus. ¶ Dñe supra dictū est ꝙ si fiat emptio ⁊ vēdi. sine scriptis solo ꝯsensu perficitur: sed quid erit de emp. ⁊ vendi. que scriptura ꝯficit? Et rñ. di. ꝙ aliter nō valeat talis emptio ⁊ vēdi. nec est pfecta nisi instrumēta ab oī vituperio munda manu alterius ꝯhentiū fuerit cōscripta: vel si ab alijs sint scripta oportet ꝙ illa ꝯtrahentibus sint scripta: vt si fiat per tabellionē oportet ꝙ illa scripta sit a partibus subscripta ⁊ approbata: vt accipiat cōplementū. Donec enim aliqd deest hmōi scripture penitentie locus est tam emptori q̄z vendit. sine aliqua pena: ⁊ hoc verū est si non fuerit arra data siue in scriptj siue sine scriptis celebrata fuerit emptio: qr tunc emptor a ꝯtractu recedere p̄t: perdit tñ arras quas dedit. Si autem venditor qui arras recepit: a ꝯtractu recedere velit: poterit: sed restituet arras duplicatas ipsi emptori etiaz si super arris nihil īter ꝯtrahētes actuz fuerit: ⁊ h̄. di. Queri p̄t hic si tabellio scripturā suā super ꝯctu empt. ⁊ ven. fecerit: ⁊ eā per annū vel biennium tenuerit: vtrum sit ꝯhētibus locus penitētie? Et p̄t rñderi ꝙ nō nisi ꝯctus in scriptis celebrat̄ sine scriptura sic. Sz vlterius q̄ri pōt qs ꝯct⁹ ī scriptis celebrari pōt? Et rñdit ꝙ sup h̄ diuerse sūt opinio. M. enim dicit ꝙ ꝯctus tunc dr̄ in scriptis celebrari qñ ita cōuenit inter partes ꝙ nō valeat ꝯctus nisi inde fiat scriptura: sed hoc nō inuenit̄ in. l. cautū. Dñs aūt Guido dicit ꝙ cōtractus dr̄ fieri in scriptis qñ in princi. dictū est ꝙ super ꝯtractu illo debeat fieri scriptura. vt. C. de fide instrumen. l. ꝯctus. Sine scriptis aūt appellat cōtractus super qbus nō cōuenit vt fieret scriptura: vel si fiat scriptura: tñ non fit vt per scripturam cōtractus melius valeat: sed solūmodo ad memoriā. Scire aūt debes ad dilucidiorē huius materie intellectū ꝙ in italia talis est cōsuetudo ꝙ primo fit imbreuiatura qñ super aliquo cōtractu a tabellione publico dz cōfici scriptura ⁊ fit munda: qđ nihil aliud est nisi noua scriptura principalis que dz esse nō cancellata non vitiata: nec in aliqua sui parte abolita: sz oī vitupatione munda. ⁊ postea vocant̄ ptes: ⁊ legit̄ istud mūdum corā partibus: ⁊ si ꝯsentiāt ptes: tūc dr̄ scriptura a ptib⁹ absoluta. Cū a tabelliōe fiunt subscriptiōes: tūc est sup scriptura cōpleta. ⁊ ista scriptura dixit do. Ja. bal. ab isto. §. determiato. illā āt ab isto. §. h̄ āt sb̄secuto siue ī scriptj: siue sine scri-

ptis ⁊c. sic intellige vtrūq; .§. Ꝯtū ad penā arrarū: idē ē siue ī scriptis siue ī nō scriptis fuerit venditio celebrata: sz nō intellige q̄ ad pnīaz: vñ referas h qd dicit solūmō ad penā arrarū: ⁊ cōcordabit scriptura. nā tūc qñ cōtractus in scriptis celebratus est et cōplet⁹ si velit emptor vl' vēditor a cōtractu recedere sustinebit penā arrarū: sed nō solaz. Si autem nō fuerit cōtractus scriptura cōplet⁹ volēs recedere a cōtractu solam penā arrarum sustinebit.

scriptura conficiūtur [a] non aliter perfectam esse vēditionem ⁊ emptionem constituimus [b]: nisi ⁊ īstrumenta [c] emptionis fuerit ꝯscripta: vel manu ꝓpria contrahētiuz: vl' ab alio quidez scripta: a contrahēte [d] autē subscripta: ⁊ si per tabellionē fiūt [e] nisi ⁊ completiōes [f] acceperint [g]: partib⁹ absoluta [h] donec. n. aliqd deest ex his et penitētie locus est: ⁊ potest emptor vel venditor sine pena [i] recedere ab emptione ⁊ vēditione. Ita tamē īpune eis recedere cōsedimus: nisi iā arratum noīe aliquid fuerit datū. Hoc enī subsecuto: (siue in scriptis: siue sine scriptis venditio celebrata est) is

Respon. qr aliud habet nomē: scilicet emptio: ⁊ verū est hoc nomē. at in mutuo non est verū mutuatum esse: tunc enim re esset obligatio contracta: vt supra de litte. obligatio. §. plane.

ADDI. (j) Et hec vera ꝑm Angelū: quādo ꝯtract⁹ ad sui validitatez: vel saltez probationez regrit scripturā: siue de iur̄ cōi: siue municipali: aut cōsuetudiario: vt nota. in. c. j. de censi. in vj. ⁊ in simili in. l. īstrumētis. C. de fi. īstru. al's sec⁹ ꝑm Angelū.

Venditio fit ī scriptis et sine scriptis

a ¶ Scriptura cōficiūtur. Patet hic q̄ alia est emptio sine venditio in scriptis: alia sine scriptis. In scriptis dicitur qñ hoc agūt cōtrahētes: vt nō aliter valeat ꝯtractus: nisi fiat scriptura: ꝑm quosdā: qd' nō vidim⁹ in vsu. Alij dicūt: vt. P. q̄ sufficit q̄ contrahētes vel aliqs eorū dicat in principio contractus q̄ inde scriptura fiat: lz nō dicat q̄ aliter non valeat: nisi fiat. ⁊ hoc approbat. (j) vt. C. de fi. instru. l. cōtractus ibi: illos tñ quos in scriptis fieri cōuenit ⁊c. Si aūt simpliciter fiat cōtractus: sed postea ad probationez fiat scriptura: valet qd' actū est: ⁊ etiā valuisset sine ea: vt. ff. de pigno. ꝯhit̄. Et eodē modo dico esse intelligenduz vbicūq; dicitur: lege cōtractū aliquez in scriptis fieri: vel distractū: vt. C. de testi. l. testiuz. ⁊ in auc̄. de testi. §. ⁊ lz. colla. vij. Sed cū fiat in scriptis huiusmodi venditio: ⁊ sine scriptura nō valere: quare nō dicit̄ obligatio lr̄aruz:

b ¶ Cōstituimus. Preteriti temporis est. Et dic vt. C. de fi. instrumen. contractus.

c ¶ Instrumēta emptiōis. Que vulgo rogatiōes dicunt̄: ꝑm Joānē fabri.

d ¶ A cōtrahente. Sz vtroq;. s. emptore ⁊ venditore: ⁊ talis subscriptio fit al's: vbi ꝯctus fit ali⁹ in scriptis: vt in auc̄. de fi. instrumē. §. si quis igitur. ⁊. §. si quis mutui. ⁊. §. sequenti.

e ¶ Fiūt. Scilicet hec instrumēta. ⁊ subaudi nō al'r valeāt. nisi ⁊ cōple. ⁊c.

f ¶ Cōpletiones. i. nōduz cōpletum.

g ¶ Acceperint. Scilicet ab eodem tabellione: ⁊ a partibus: vt subijcit.

h ¶ Absoluta: vt quia lecta fuerint partibus ⁊ laudauerit. Vel dic absoluta. id est subscripta.

i ¶ Sine pena. Sz quomodo sine pena: cū statim in arris eū puniat: Rñ. siue pena interesse. ⁊ iurisiurādi in litē. Nam hec pena esset quātū ad soluētē: lz non quātum ad accipientem: vt. ff. si quis ius di. non ob. l. j. §. fi. nō autem

ab arris alter liberatur: vt subijcit. ita tamē ꝛc. Itē iste talis nō facit ꝯtra legem. C. de acti. ꝛ oblig. sicut. cum hoc lex sibi permittat. Et not. ꝙ huius legis ꝑmissio est cū aliqua pena. Argu. cōtra. in auc. ꝯstitutio que dig. §. illud. colla. vj. Sz si nō est subscriptuz: ꝛ tñ res est tradita an valeat translatio? Quidā dicūt ꝙ nō: vt. C. de suffrag. l. vnica. Alij ꝯtra. vt. C. si qs alteri vel sibi. l. multū iterest. ꝛ. l. dolo. Distingue aut per errorem: aut scienter.

qui recusat adimplere contractum: si quidē est emptor perdit quod dederit. Si vo venditor duplum restituere compellitur [a]: lz super arris nihil expressum [b] est.

¶ Emptio non pōt esse sine certo p̄cio: sed si preciū in alterius arbitriū ꝯferatur: tūc videtur emptio facta sub cōditione: vt si ille fuerit precium arbitratus valeat emptio: alis secus: ꝛ idem in locatione. Aretinus.

a ¶ Cōpellitur. Sed qua actiōe? Rñ. cōditione ex. l. ista. ꝛ ex. l. illa. C. de fi. instru. cōtractus. Vel etiā per officiuz iudicis: vt argu. C. de rescinden. vēdi. l. ij. Itē per actionē exēptio. si tñ fiebat venditio sine scriptis. Nam si fieret in scriptis nec esset nōdū cōpletū nō ageretur actione ex empto: cū nō esset adhuc vēditio: vt hic dr̄: sz per cōditionē ex. l. vel officio iudicis: vt dictum est. Sed nunqd vltra hāc duplicationem arrarū tenet̄ vēditor ad interesse si nō tradat: vt. ff. de acti. empt. l. j. ꝛ. l. exēpto. §. idē ait. M. ꝛ Azo. dicunt ꝙ nō: qꝛ sibi preiudicauit accipiendo arras: sicut ꝛ al's sibi preiudicat quis sibi eligendo: vt. ff. de tribu. act. ꝙ in heredē. §. eligere. Itē qꝛ hoc vident̄ agere cōtrahētes inter se: vt amissione ꝛ duplicatione arrarū debeāt eē cōtenti. ergo pro expresso est habēdum: vt. ff. si cerpe. cū quid. Itē facit. ff. de lega. ij. l. cū filius. §. cū varijs. B. Joā. contra. Dicunt enim adhuc posse agi ad hoc vt tradat̄: vel ad interesse: ita vt arre in interesse cōputent̄. † ꝛ facit pro eis. ff. de testamē. mili. l. iij. ꝛ. ff. de inoffi. testamē. mater. ꝛ. C. de pac. do. l. fi. facit melius. ff. de act. emp. ꝛ vendi. predia. in fine. Sed quid si dederit pro arris ꝛ pro pagamēto? Rñ. pactū. seruādū. i. nō pōt discedere: vt. ff. de pac. in traditionibus. Et duo operari. vnuz vt arre debeāt duplicari vēditore penitēte. Itē vt emptio remaneat firma: ꝛ agatur ad interesse. Itē emptore penitēte eadē duo operatur. Accur. florentinus.

Venditor vtꝝ vltra arraꝝ duplicium ꝑditionem teneat̄ ad iteresse.

† Et sic ad iter-

esse agitur: q̄tenus est vltra arras: q̄ opi. verior est. ſm An.

ADDITIO. Et tūc nō totū: sed qd pro arris dūtaxat datuz est duplicat̄. Et nota ꝙ vbi vēditor se noīe emptoris possidere cōstituit nō pōt agere ex empto: vt tradat: sz aut rei vēdicatiōe vel publicana simul: aut vti possidet: vt dicit gl. i auc. sacramēta puberū. C. si aduer. vēdi. Angelus aretinus.

